2

OBLIGATIONI

RELIGIOSORUM CAPUCINORUM Provinciæ Cathaloniæ Filiorum, præsentem zelus offert Allegationem:

QUAM

Illustris D. JOANNES MACIA Presbyter, S. Ecclesiæ Vicensis Decanus, idiomate Castellano, cum licentijs requisitis, in lucem edidit.

Moyâ, anno 1698.

Nunc denuó locupletatam probationibus, & responsis, latino sermone, typis mandare curavit

HIERONYMUS QUINTANA V. J. Doctor.




MONSPELIJ,

Apud JOANNEM MARTEL Typograph. Regis, ac Illustris. & Reverendis. D. D. Episcopi.

M. DCCII.

Cum licentia requisita.



PROOEMIUM.

CAUSAS, ob quas, Illustris D. Joannes Maciâ Decanus &c. Istam apologeticam Allegationem in publicum produxit, ipsemet, sermone Hispano, declarat in Prologo [in quo suos charos Capucinos, sub brevibus, verè protegit, defendit, & commendat] qui latinè, ita se habet.

PROLOGUS.

CUM (benigne lector) notitias plenas haberem, de bono procedere, rectitudine, ac innocentia Religiosorum Capucinorum istius Provinciæ Cathaloniæ; ita sanè in Discretorum electionibus: quemadmodum in omni alio, quod ad ipsorum Regulæ, constitutionumque, exactam pertinet observantiam. Vidi, quod ex motivis cujusdam Bullæ (propter esse cum obreptione, & surreptione) ac ejus praxi, dictis Religiosis (circa honorem, nec non ipsorum Sancti Instituti puram observantiam) resultabant damna. Et in eodem tempore, ad meas venit manus, hæc Allegatio, quæ vivis rationibus, ac modestia, Capucinorum Filiorum istius Provinciæ, innocentiam, sanctitatemque probat, & defendit. Et cum mihi videretur, quod esset majori cum efficacitate, si esset impressa: affectu [à Progenitoribus meis jam accepto) quo hanc Religionem seraphicam prosequor; Feci; ut typis mandaretur. Ne mireris; quia (Divo docente Bernardo (a) amor est valdè operosus: Operosa dilectio opportunè instans; fortasis, & importunè. *Ac insuper; quoniam in tam Religiosæ innocentiæ favorem, quando pennæ tacerent, lapides clamarent (b).* Si hi tacuerint lapides clamabunt. *Adhac spero, quod hoc in opere, sinceritatem ponderando, & zelum, quibus à sui seraphici Fundatoris perfectione, & Regula, in nullo deficere conatur: Augetur devotio, qua veneratur, amatur, ac in hac Provincia, universali di-*

(a) D. Bernardus in Prolog. trac. *Ecce nos reliquimus omnia.*

[b] Luc. 19. n. 40.

lectione, ab omnibus hac subuenitur Religio. Vale.

Hæc apologetica Allegatio, ab Ordinario vicensi, examinanda commissa fuit Illustri, & admodum R. D. Emanueli Boions, & Sala Presbytero, in utroque Jure doctissimo; ac olim Episcopatus Vicensis Officiali, & Vicario Generali: cujus approbatio, idiomate Hispano, extat latinè; ut sequitur.

Ex commissione Illustris, & admodum R. Laurentij Thomæ Presbyteri V. I. D. & [pro Illustrissimo, & Reverendissimo Domino D. Antonio Pasqual Episcopo Vicensi, Regioque consiliario &c] Officialis, & Vicarij Generalis. Vidi, & examinavi Manifestum, seu Allegatum, quod Illustris D. Joannes Maciâ Presbyter, Decanus Ecclesiæ Vici, in lucem edere prætendit. cujus titulus est. Obligationi Religiosorum Capucinorum Cathaloniæ filiorum, præsentem zelus offert Allegationem. *Equidem in me particularem influxit consolationem, in illo, Regularis observantiæ affectuosum desiderium videre adimpletum, quod in suis dibus solicitabat S. Bernardus (a) quando dicebat:* Rego vos Fratres, & multum obsecro, sic agite, & sic state in Domino dilectissimi; soliciti semper circa custodiam Ordinis; ut Ordo vos custodiat. *Et alio in loco [b].* Ut nihil plus: nihil minus; nihil aliter, quam imperatum sit faciatis. *Verum quidem immortali memoria digna est pietas illius, qui tam sanctos fovet intentus; ac ita innocentiam protegit, hanc papyrum in lucem edendo: Bene Ruben benedictione frui meretur; necnon fama, suum zelum fieri perpetuum.* Vivat Ruben, & non moriatur *(c). In hac Allegatione omnes illas qualitates recognosco, quas in alterius operis perfectione extollebat Casiadorus [d]* Procœmiatur aptè; narrat apertè; arguit acriter; colligit fortiter; ornat excelsè; docet, delectat, & afficit. *Quin in ea sit aliquid, quod sacris Canonibus, Juri Divino, & naturali non sit conforme; nec Regiæ opponatur authoritati; nec perconsequens, quod petitam licentiam impedire valeat. Sic sentio: Salvo semper &c. Vici 8. Februarij 1698.*

(a) D. Bernardus Epist. 321. ad Faatres de S. Anestas.

[b] Serm. 3. de circumcis.

[c] Deuteron. 33. n. 6.

[d] Cassiador. super Psal.


Die 8. Februarij 1698. Imprimatur. Thomas V. G. & Officialis.

D. Emanuel Bojons, & Sala Presbyt. &c.

HIS præmissis, approbatione namque, & licentia, quibus hæc Allegatio, idiomate Hispano, impressa extat; ut utriusque nationis RR. PP. Capucini, ac in Domino valdè dilecti, facilius illam legere, ponderare, necnon justum, sanctum, & pium Auctoris intentum (quod scilicet Instituta Ordinis, secundum sensum litteræ, vel litteralem, ac seraphici Fundatoris intentionem: Nec non Capucinorum Cathaloniæ Provinciæ innocentia, illæsa serventur) fovere valeant: De idiomate Hispano in latinum versam, novis, ac validioribus probationibus; nec non ad opposita, responsis, suis locis notandis, locupletatam: eodem affectu, ac motivis, ut Illustris D. Joannes Maciâ Decanus Vicensis, typis mandare decrevi, in obsequium Religiosorum Capucinorum Provinciæ Cathaloniæ, & omnium totius istius sanctæ Religionis, quorum sacrificijs, & orationibus, humilis me commendo: & toto cordis affectu permanens semper.

OMNIUM
Humilis servus in Christo.

HIERONYMUS QUINTANA,
V. I. Doctor.



JESUS MARIA cum Seraphico P. N. S. Francisco.

Obligationi Religiosorum Capucinorum Provinciæ Cathaloniæ Filiorum præsentem zelus offert Allegationem.

1 Divino naturalique jure imperante Filii omnes tenentur suos honorare, nec non revereri Parentes: Naturalis ratio ita fieri dictat, ac Divinum mandat oraculum (a) *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.* Nomine Parentum (in communi Doctorum Magisterio) non solum naturales; verum, & superiores, Prælatique omnes, veniunt intelligendi; ac & præcipuè Pontifex summus (qui omnium Christianorum communis est Pater) nec non Rex N. D. (quos incolumes servet Deus) omnium subditorum suorũ: Religio etenim Capucina omnium Capucinorum Mater communis est: ac unaqueque, ex Provincijs (quas continet) Religiosorum (qui in ipsa habitum sanctum induere, & ad Professionem admissi sunt) Mater specialis, sine controversia est. De alijs Parentibus mentionem faciunt Doctores super 4. Decalogi, quos (cum non ad meum pertineant intentum) omitto. Ergo Religiosi Capucini Gotholani comunes Parentes Pontificem summum, Regem (Dominos nostros) ac suam Matrem Provinciam; unicuique; ut debetur; ac pro posse, honorare, & revereri tenentur. (a) exod. 20. 12.

A

De omni illo, inquo, & quomodo, illos honorare, & revereri debent; hic discurrere non intendo: nam hanc generalem obligationem, ex his, quæ communiter vertuntur, apud Moralistas, super 4. Decalogi, quisque deducere valebit. Hoc enim Manifesto vertendum propono: an Religiosi filij hujus Sanctæ Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ (attenta nunc reverentia, suæ sanctitati, Catholicæ Majestati, ac Provinciæ, ipsorum Matri, debita) possint, & debeant, de quadam supplicare Bulla, à nostro SS. Patre Innocentio duodecimo, emanata; Romæ 5. Aprillis 1694. expedita (Incipit: *Ad futuram rei memoriam &c.*) ac Regis nostri Catholici sancto instante zelo, impetrata: qua sua sanctitas, à nostris Hispaniæ Provincijs, prohibet, & aufert facultatem Conventuales eligendi discretos?

Ut Allegatum plenum sit; sicut oportet: procedamusque claritate, quæ desideratur; Quinque sequentes §. §. præmittentur; priusquam dubio responsionem adhibeamus. In 1. *quid facti naratur.* In 2. deducetur; quod ex motivorum, seu finalium causarum qualitate, quibus patrocinium Regium; ac, à sua sanctitate, Rescriptum consecuta fuere (cum Capucinorum Cathaloniæ Provincia Innocens existat) illius famam, honorem, & decorem auferunt informatores, in materia gravissima. Ostendetur in 3. quod ex illius praxi gravia, & inevitabilia damna resultabunt; tum contra Regulæ litteralem observantiam; tum contra bonum comune, & particulare. Manifestabitur in 4. irreverentia Regi Catholico, & Pontifici summo, illata; propter obreptitiam, & surreptitiam informationem. Esse Rescriptum, ipso jure, nullum; in 5. demonstrabitur; quia obreptitium, & surreptitium. In 6. autem præposito dubio respondebitur; ostendendo, quod Religiosi Capucini, istius sanctæ Provinciæ Cathaloniæ Filij, (considerata reverentia, suæ sanctitati, Ca-

tholicæ Majestati, ac Provinciæ ipsorum Matri, debita) non solum jure Canonico possunt; verum, & Divino, & naturali, de dicto Rescripto Apostolico, suam sanctitatem; ad Majorem informationem, supplicare debent. Ultimo tandem, cum 7. §. Finietur Allegatio; ac resoluetur: quod juxta præcedentes §. §. Procedendo, simul, & operando, nullus, ut offensus rationabiliter, de hujus Sanctæ Provinciæ Religiosis conqueri poterit; quia suam adimplent obligationem, quam nemo jure, impedire Valet.

§. I.

QUID FACTI PROPONITUR.

Secundum Glosam (a) communiter receptam, docentem: *Et primo quidem series facti est exprimenda.* A Bullæ textu incipio.

(a) Glo: litteras dedissemus. In cap. 20. super litteris. De Rescriptis. Ibi de cohab. cle. & muli. cap. super eo.

4 I*NNOCENTIUS Papa duodecimus. Ad futuram rei memoriam. Alias pro parte Charissimi, in Christo, Filij nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, nobis exposito; quod tam Prædicatorum, & Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quàm aliorum diversorum Ordinum Fratres, in Regnis utriusque Castellæ existentes, sua Capitula Provincialia cum interventu superiorum localium Conventuum Ordinum hujusmodi, absque discretis, seu socijs; qui olim ab ipsis Conventibus ad effectum sua suffragia ferendi, in eisdem Capitulis elegi consueverant, tunc celebrari solebant: id siquidem præterquam, quod Decretis Concilij Tridentini sess. 25. cap. 6. ibi... Nec imposterum liceat Provinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscumque Titulares ad effectum, electionis facienda constituere &c. magis conforme videbatur: necessarium quoque compertum fuerat; tum ad tollenda damna, & incommoda, quæ ex eorumdem Dis-*

cretorum, seu sociorum electione, in Religiosa pacis, & concordia, quæ in Ordininibus præfatis semper florere debet, præjudicium proveniebat: Tum ad impediendas relaxationes, quas dependentia, quam tunc superiores a suis subditis habebant, producebat: Ipsi enim superiores, ut dictos suos subditos, pro ijs in Discretos, seu socios huiusmodi eligendis; quos, ad effectum se in perpetuó suarum Provinciarum gubernio confovendi, eligi necessè erat; benevoles haberent, regularis disciplinæ conservationi; pro ut eorum officij erat, incumbere negligebant. Quocirca quoties dictorum Regnorum Religiosi Regularis disciplinæ hujusmodi tuendæ zelo ducti, ad ipsius Caroli Regis patrocinium, pro eorundem Discretorum, seu sociorum abrogatione, ab hac S. Sede impetranda confugerant; illud semper eis adfuerat, donec hujusmodi gratiam consequuti fuissent. Et in eadem expositione subjuncto, quod dictus Carolus Rex certior factus fuerat; Fratres Ordinis Minorum, ejusdem Sancti Francisci Capucinorum nuncupatorum, in Regnis præfatis existentes; non modo eadem incommoda, & damna, quæ olim Religiosi aliorum Ordinum præfatorum, ex electione Discretorum, seu sociorum hujusmodi experti fuerant, pati; sed, & alia multa concurrere; propter quæ Fratres prædicti usum eligendi Discretos, seu socios præfatos, in Provincijs dictorum Regnorum abrogari plurimum desiderabant; adeoque ipsius Caroli Regis zelum sollicitabant; ut Apostolicæ desuper auctoritatis nostræ partes interponi similiter curaret. Nos supplicationibus ejusdem Caroli Regis nomine, nobis super hac humiliter porrectis, inclinati: Discretos præfatos in Provincijs utriusque Castellæ Fratrum dicti Ordinis Capucinorum, sub certis modo, & forma, tunc expressis, authoritate Apostolica sustulimus, & removimus; & alias, prout in nostris, in simili forma Brevis die XXIX. Martij M. DC. XCIII. desuper expeditis litteris plenius continetur. . . .

Subinde vero (Regis supplicatio refertur) *pro* 5
parte ejusdem Caroli Regis Nobis iterum exposito: Quod in præfatis nostris litteris trium Provincia-

rum Regnorum utriusque Castellæ veteris, & novæ nuncupatæ, necnon Bethicæ, & Navarræ Provinciarum distincta, & expressa mentio facta non fuerat, quinimo, nec in eisdem litteris provisum fuerat, quod loco supradictorum Discretorum Conventualium, sicut præmittitur sublatorum, & remotorum, pro tempore existentes earundem Provinciarum Diffinitores, & Custodes, nec non is saltem, qui novissimè in illis Provincialatus officio respectivè functus fuerat, in earum Diffinitorijs, & Capitulis Provincialibus votum, seu suffragium respectivè habere deberent; quemadmodum ipse Carolus Rex pro particulari suo, in Ordinem præfatum, devotionis affectu, commune ipsarum Provinciarum bonum promovendi studio, ductus; Nobis supplicari fecerat; ac proindè opportunè in præmissis à nobis provideri &c.

6 *Nos* (supplicationis Decretum) *porrectis nobis, hac in re pro ejusdem Caroli Regis parte precibus benignè annuentes, eadem authoritate, declaravimus remotionem, & abolitionem Discretorum Conventualium in Provincijs utriusque Castellæ Fratrum dicti Ordinis Capucinorum factas, ut præfertur, expeditasque desuper litteras nostras prædictas intelligendas esse, non solum respectu Provinciæ utriusque Castellæ veteris, scilicet, & novæ; verum etiam respectu Provinciarum Bethicæ. Vulgo Andalucia, nec non Navarræ; & quatenus opus esset, remotionem, abolitionem, ac nostras litteras hujusmodi ad supradictas Provincias Bethicam, & Navarræ, dicta authoritate, extendimus, & ampliavimus. Præterea eadem authoritate decrevimus, quod vice, & loco prædictorum Discretorum in tribus Provincijs hujusmodi; sicut præmittitur sublatorum, & abolitorum, Diffinitores, atque Custodes, & immediatus Exprovincialis, earundem Provinciarum, in ipsarum respectivè Definitorijs, & Capitulis votum haberent; dictarumque Provinciarum Capitula de sesquianno, in sesquianum deinseps celebrari deberent; & alias pro ut in alijs nostris, in eadem forma Brevis die XII. Septembris proximè præteriti desuper emanatis lit-*

teris, quarum, & primo dictorum nostrarum litterarum thenores præsentibus pro plennè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus uberius continetur. Cum autem (Et est, quod ultimo supplicat Catholicus Rex) *sicut dictus Carolus* Rex *nobis nupèr denuò exponi fecit ipse, binas litteras nostras præfatas ad Provincias Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Sardiniæ, & Majoricæ dicti Ordinis Fratrum Capucinorum, per nos extendi plurimum desideret. Nos* (En Decretum) *pijs ejusdem Caroli Regis votis, hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejusdem Caroli Regis nomine; nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati; de Congregationis non nullorum, ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, à nobis particulariter deputatæ, Consilio; binas nostras litteras supradictas, omniaque in illis disposita, quo ad Provincias Fratrum Capucinorum utriusque Castellæ Veteris scilicet, & novæ, nec non Bethicæ, & Navarræ, ad Provincias eorundem Fratrum Capucinorum Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Sardiniæ, & Majoricæ; authoritate Apostolica; thenore presentium, extendimus pariter, & ampliamus &c.* 7.

8 Juxta Juris (a) dispositionem : *Finalem causam diligenter inspiciendam esse.* Ratio est; Tum quia omnis actus Moralis à fine *cujus* judicatur: Tum quia hoc exprefsè quædam disponit (b) lex sic : *omnis actus à fine judicatur.* Equidem ita secundum agentis intentionem fieri debere altera disponit (c) lex, dicens: *Omnem actum ab agentis intentione judicandum.* Tum tandem; quia omnes in hoc, concordant Moralistæ, sive Philosophi, sivè Theologi; quoniam docent: quod agentis finis *cujus* : est : *cujus gratia cætera fiunt.* Ideoque opportet hujus Apostolici Rescripti causas finales diligenter inspicere, quæ N. Catholici Regis Sanctum moverunt zelum, ad illud impetrandum : Nec non Pontificis; summi; ad illud concedendum.

(a) *l. verum de fur.*
(b) *l. rem nonnovam. c. de jud.*
(c) *l. 1. c. ad leg. cor. de sicar.*

9 Ex hoc Apostolico Brevi constat. Primò :

Tam Domini nostri Regis ; quam Pontificis summi, Patris, ac etiam Domini nostri, rectam piamque intentionem talem esse ; ut in Religionibus pax cum concordia semper eniteat : Nec non, quod Disciplinæ regularis Observantia, similiter eminens per maneat : de qua, sui officij obligatione curare debent Prælati. Ac insuper omnia damna, & inconvenientia, quæ sunt in præjudicium paci, Religiosorum concordiæ, Disciplinæ quæ Regularis Observantiæ, illorum zelus amovere intendit : Nec non omne illud, quod in Religionibus influit, & relaxationes fovet. Patet ex. n. 4.

10 Constat secundo (in eodem n. 4.) quod inter motiva, quibus nostrum informavere Regem, Regioque intercedente medio, suam sanctitatem : Extat primum ab informatoribus expositum : nemque, quod discretorum conventualium abolitio ; seu sine illis capitula Provincialia celebrare consonius Videbatur Decretis sacri Concilij Tridentini Sess. 25. c. 6. ibi. *Nec in posterum*, *&c.*

11 Secundum Motivum : Quod in sacris Ordinibus Prædicatorum, Regularis Observantiæ Minorum Seraphici P. S. Francisci ; alijsque diversis Ordinibus, in Castellæ Regnis existentibus ; Discretorum, seu sociorum electione, in eis solita non obstante : Illorum tamen abolitionem necessariam esse revisum fuerat, ad damna, nec non inconvenientia, à tali electione orta, vitanda ; quæ paci, & Religiosæ concordiæ præjudicabant ?

12 Tertium motivum : Quod ita similiter fuerat expertum afortiori debere fieri præfatam abrogationem, ad relaxationes impediendas, quas dependentia, in talibus electionibus (quam à subditis superiores habebant) procreabat. Ut enim superiores, suos subditos benevolos haberent, sicque ex his in Discretos, vel socios eligere, qui necessario erant eligendi, ad effectum perpetuo conservandi se in suarum Provinciarum gobernatione ; minimè (Ut Officij munus eos

cogebat) de regularis Disciplinæ conservatione curabant?

Constat tertio: Quod suam Catholicam Majestatem informarunt; scilicet, quod sacrorum Ordinum Prædicatorum, Regularis Observantiæ Minorũ &c. Religiosi, motivis, nn. 10. 11. & 12. Expresis, à Rege Catholico patrocinium consequuti fuere; ac Regio mediante medio, eisdem motivis, à Sancta sede, Discretorum, seu sociorum conventualium abolitionem desideratam, obtinuerunt? 13

Constat quarto (supra n. 4.) Quod Fratres *prædicti* (loquitur de Capucinis Castellæ) *usum eligendi Discretos, seu socios præfatos in Provincijs dictorum Regnorum abrogari plurimum desiderabant: Adeoque ipsius* Caroli *Regis zelum sollicitabant*. His namque motivis, in ipsiusmet Bullæ narratione expositis, sic: *Et in eadem expositione subjuncto, quod dictus* Carolus *Rex certior factus fuerat, Fratres ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci Capucinorum nuncupatorum, in Regnis præfatis existentes, non modo eadem incommoda, & damna, quæ olim Religiosi aliorum Ordinum præfatorum, ex electione Discretorum, seu sociorum hujusmodi experti fuerant* pati; *sed & alia multa concurrere: propter quæ* (en causam motivam) *Fratres prædicti usum eligendi Discretos &c. abrogari plurimum desiderabant &c.* 14

Hæc indefinita incommoda, & dmna contenta in hac propositione indefinita: *Sed & alia multa concurrere*; in Bullæ narrativa, non individuantur: Sed tamen R. P. Martinus de Torrecilla (a) sequentia narrat, & affirmat oriri, ex discretorum electionibus: Ipsius verba fideliter referam, ac de Sermone Castellano, in Latinum, similiter Vertam. §. 1. n 6. dictæ consult. ita propter Discretorũ electiones sequentia evenire, affirmat. *Procedunt* (*inquit*) *ex eodem principio* (intelligit à dictis electionibus) *invidiæ, iræ, rixæ, contentiones, inter Religiosos, continuæ inimicitiæ, quæ sunt tantæ, talesque: quod vix est intellectus potens illas comprehendere; nec humana* 15

(a) Torrecilla in suo 1. tom. consultationum tract. 11. consult. 4. Idiomate Castellano impressa, ac Vulgarisata.

na

na lingua illas sufficienter exprimere valens ; ut illa sunt. *Ita ut* (prosequitur) *quod in talibus Discretis verificatur, & adimpletur illud quod continetur in cap. Quorundã, de elect. in 6. Vbinam dicitur: quod quorundam Religiosorum oculos, sic vitium ambitionis excacavit ; Ut quasi sua professionis immemores, qui contemptis honoribus, abjectis divitijs, spretisque delicijs, alterius ditioni propium subjugarunt arbitrium, retrò respicientes ad aratrum manu missa, dum pracipitanter ruunt in litigiorum anfractus, multis causarum strepitibus, semetipsos involuunt.*

16 Num. 10. *Ab electionibus prafatis, factiones, ac inimicitias penè irreconciliabiles (qua, cultum, quem à nobis petit pacis Auctor, perturbant) trahere originem. Hac ille.*

17 *Ex eodem principio* (scilicet dictarum electionum, ait n. 11.) *susurrationes, murmurationes, & quasi continua detractiones nascuntur, quibus alij aliorum existimationem ladunt ; referendo veros eorum, & falsos defectus ; Vicia, à natura, & etiam morum propalando : Et adhuc aliquoties augent, aut falso infligunt ; ut bonum nomen eorum, factionis contraria, vel tollatur ; vel saltem minuatur : sicut videri potest* (inquit) *cap. Inter Verba* 11. q. 3.

18 Affert n.12. sic : *Ex eodem principio* (nempè Discretorum) *contraria relato, oriuntur ; quadam nempè pax, ficta concordia, & mala ; ac quidem laudum excessus, sine veritate fortassè, quibus tales amicos, vel sua factionis personas magnificant, laudantque usque ad astra feremtes : quod omnimodè Religiosa modestia, ac omni contradicit rationi.* Hæc ille. Incommoda ista, & damna, si aliqua in Provincia ponerentur in praxi, ad Discretorum electiones ; dubio procul conspiceretur in oppositas partes divisa : sic, num 23. esse sua Provincia, confitetur Torrecilla : quæ relata incommoda, & damna, pro secundo motivo num. 11. supra expresso, faciunt ; & ostendunt supra inserta verba : *sed & alia multa concurrere.*

19 Ultra prædicta, plura alia incommoda, in proposita consultatione, exprimit Torrecilla ;

quæ 3. motivum, ſupra num. 12. ex poſitum, magis manifeſtant ; ac ſimiliter illa, quibus N. Regem Catholicum, & Pontificem Maximum informaverunt. In dictæ conſultationis, n. 2. affirmat Torrecilla: *Quod Diſcretorum electionis cauſa, multum minuitur, nec non Prælatorum poſſe in ſubditos enervatur.* Rationem affert num. 3. his verbis. *Quoniam in electionibus Diſcretorum, à ſubditorum ſuffragijs pendent; ut in regimine, quod poſſident, perdurare queant ; in quo deſiderantes permanere, eorum gratiam, & benevolentiam mendicare indigent ; ut iterum eligantur ; vel ſuæ factionis Prælati ; qui ipſorum ſint creaturæ: Ut iſti poſtea in manus illorum dictum deponant regimen: eis reſtituendo, quod ſibi, quaſi mutuo datum fuerat ; pro eo tempore, quod ab actuali regimine tenebantur præciſè vacare.* Hæc ille.

Progreditur Torrecilla, & in ſuæ conſultationis, n. 4. dicit: *Præter dicta, in ipſis ſubditis, reverentia, & obedientia, ſuis debita Prælatis, minuuntur: quoniam ratione ſupradictæ vocis (quã in Diſcretorum electionibus habent) in eis extenuatur timor: quia ſciunt, Prælatos illis opus habere, & ſimul egere ad perſeverandum in ſua Prælatura. Extra omne dubium eſſe videtur* (proſequitur) *hanc primam rationem aptiſſimam cuicunque videndam, qui in Religionis negotijs habeat experientiam.* 20

Scribit Torrecilla in, n. 8. ſic: *Ab eodem principio* (loquitur de Diſcretorum electionibus) *pullulat, regularis Diſciplinæ, ruina totalis: quia Prælati, ut ſuos ſubditos habeant gratos, ad effectum, ſuo modo, & ſuæ factionis, eligendi Diſcretos, illos corrigere, & punire non audent.* 21

In eodem num. ita proſequitur: *Et ultra hoc in conventibus, in quibus eſt Diſcretorum electio facienda, perpetua viget ſubornatio, nec non peſtilentialis colluſio, quibus nonnulli ſuffragia acquirere conantur, pro perſona ſuæ factionis; vel pro qua ſunt paſſione coacti. Et caſu, quod recomendatum, vel de ſua factione eligere nequeant; procurant; Ut ſui vocales, ita ſuas dirigant voces; ut in talibus fa-* 22

milijs Discretus non eligatur; contra multa Juris Canonici Decreta, similes subornationes, & collusiones, prohibentia, &c.

23 *Ab eodem principio* (Discretorum electionum scilicet, inquit Torrecilla n. 7.) *conventiones, & pacta aliquoties simoniaca oriuntur, quibus adinvicem suam promittunt industriam, ac favorem, pro alio simili casu; sive pro alijs officijs, vel praetensionibus: Quod est contra contentum in cap. Quam pio 1. q. 2. cap. Ult. de pactis, nec non alijs in canonibus, ubi asperissimè, ac valdè acriter similia pacta, conventionesque objurgantur.* Hæc ille. Et cum his individualiter perpenditur illa propositio indefinita; nempè: *Sed & alia multa concurrere*: Sedtamen, quantum ad invidias, iras, rixas, contentiones, continuas, inter Religiosos, inimicitias, quæ à Discretorum electionibus (secundum Torrecilla) pro veniunt: Adhuc juxta ipsum, dicta indefinita vix potest ab intellectu comprehendi; nec à lingua humana explicari; pro ut dictum remanet n. 15.

24 Constat quinto: quod damna, ac incommoda; seu calamitates, & miseriæ positæ à num. 15. usque ad 23. inclusivè; non obstante, quod R. P. Torrecilla, eas ex professo manifestat (ut est videndum, in jam allegata consultatione) contra suam Castellæ Capucinorum Provinciam, resultare à Discretorum electionibus. Attamen Cathaloniæ Provinciam, & cæteras Hispanas etiam comprehendit. Ait enim in præfatæ consultationis n. 75. *Quamquam verum sit, Provinciam* (de sua Castellæ fatur) *haud quire Provinciales instituere constitutiones, neque Generales derogare: Posse nihilominus per modum naturalis defensionis, contra tot calamitates* (Loqui vult de positis à n. 15. usque ad 23. & simul de alijs, in sua consultatione, videndis, quas non refero) *ob Discretorum electiones expertas, recurrere ad sedem Apostolicam; ut sua sanctitas, siquidem Religionum superior, utendo suæ potestatis plenitudine; ac sua benignitate Paterna, hanc Pro-*

vinciam à dictis calamitatibus, liberet (cæterasque Hispanas, sic similiter, quæ id desiderant) præfatos evertendo Discretos, & ab ea tales exulando electiones. Item n. 67. in responsione ad objectionem quandam, ait: *Nihil probare; quia nedum reprobat Discretorum extirpationem ab hac Provincia (Et à cæteris Provincijs Hispaniæ, quas idem sapere puto) Verum etiam, [illegible], quæ in sacris Religionibus, auxilio Regio, authoritateque Apostolica facta fuere.* Hæc ille. Igitur cum reliquæ Hispaniæ Provinciæ exoptent, Pontificem summum, eas à dictis calamitatibus ervere (juxta Torrecilla) se talibus Miserijs confitentur oppressas. Et cum Cathaloniæ Provincia, una sit, ex Hispanis; cum ipsis (in voce Torrecilla) remanet comprehensa intot damnorum, ac incommodorum, jam memoratorum, defectibus. Sicque ex his Miserijs; quia impressæ, & in hac Cathaloniæ Provincia, apud sæculares valdè divulgatæ: ac etiam propter illud, quod n. 31. dicetur, itidem & singularitate notorium; magnum convitium, inter sæculares, in hac Capucinorum Cathaloniæ Provincia resilivit; cum in rei veritate, antecedenter essent cunctorum ædificationi electiones illius.

Constat sexto: Quod causæ supra positæ, 25 saltem in, nn. 11. & 12. & à n. 15. Usque ad 23. inclusivè, non sunt solum impulsivæ; benè verò motivæ, aut finales. Nam secundum Doctorum, tam Theologorum, quam Juristarum cummune Magisterium; causa impulsiva adjuvat ad Rescriptum facilius consequendum; Finalis vero est motiva animi Principis, veluti ratio, virtute cujus Rescriptum concedere, se determinat; taliter, quod absque illa non concederetur: verum enim est, causas præmemoratas, non solum adjuvasse; sed etiam impulisse Regem Dominum nostrum; ut oraret Pontificem summum, pro Discretorum abolitione; ac similiter Dominum Papam movisse, ut eos adimeret: taliter, quod sine illis, nec sua Majestas solicitavisset abolitionem; nec sua sanctitas

concessisset: Ergo dictæ causæ sunt motivæ, vel finales. Major est communis. Minor ex Rescripti, nn. 4. 5. 6. & 7. satis constat.

26 Constat septimo: Ipsas Pontificias litteras (quibus Discretorum electiones à Provincia Capucinorum Castellæ removentur, propter causas, supra n. 4. positas, ac n. 25. explicatas) quantum ad effectum, relatas Discretorum electiones abolendi, instantia Regis Domini Nostri, à sua sanctitate extendi, ad Capucinorum Bæticæ, ac Navarræ Provincias; patet supra nn. 5. & 6. simulque insuper ad Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Sardiniæ, atque Majoricæ; ut n. 7.

27 Et quamquam in clausulis ampliationis, ac extensionis memorata non repetantur motiva: constans est tamen, ob eademmet fuisse. Tum quia; cum sua sanctitas easdem extendit Litteras, effectu Discretorum electiones abolendi: & in clausulis ampliativis nullum exprimat motivum: ob expressa in Litteris, quas ampliat, & extendit, fuisse, clarum est: Pontifex enim non sine causa, vel eadem, vel æquali, eam fecit extensionem: Nam cum minori prohibetur in via Juris (a) *Extensio prohibetur, quando non subest eadem ratio; sed minor: cum virtus extensionis consistat in eadem, pari, vel majori ratione.* Tum quia opus non erat in ampliativis clausulis motivorum expressionem iterare: Nam jam sic erant; eo quod omne in eodem Rescripto contineretur; sicque talia motiva super intellecta manerent. *Et in Jure expressum dicitur: quod subintelligitur à Jure.* (b) Tum quia ex-

(a) l. à Titio. de Verb. oblig. l. Illud. ff. ad l. Aquil. l. Julia §. hoc capite. ff. de ritu nuptiar. c. ult. in ratione sui de translatione Episcoporum Aret. in legem 2. in princip. col. 2. ad finem de Verb. oblig. Telij in C. at si Clerici §. de adulterijs, n. 12. de Judic. Ita Mantica de conjecturis ult. volunt. lib. 2. tit. 11. n. 19. & seq. fol. mihi 42.

(b) Lege. licet Imperator ff. de legat. 1. leg. 1. Cod. de testam. milit.

pressum dicitur (docente Surdo (*c*) *quod à mente, sive conjecturis colligitur necessariò.* Et hoc quamquam expressio requiratur pro forma, & sit in stricta Materia, tenet Tiraquelus (*d*)

Clarum quidem est: Quod ita à Pontificis mente colligitur; necnon ab alijs, qui hãc prætenderunt ampliationem. A Pontifice autem; quia secundum lexicon Juris civilis, & Canonici (*e*) *Extendere legem, est eam ampliare ad non expressa.* Unde ait ex Jure (*f*) *Vulgata doctrina est, in favorabilibus extensionem fieri oportere, si sit idoneitas rationis.* Ad suam C. M. dixerunt informatores: Regioq; intercedente medio, ad Pontificem Maximum; quod pro extensione memorata, aderat rationis idoneitas; eademque motiva extabant in Provinciis Capucinorum Bæticæ, Navarræ, Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, &c. sicut in Castellæ Provinciâ. Videatur supra n. 24. Ideòque quid mirum, Pontificem M. præfatam præcepisse extentionem? *Nam eádem, vel simili ratione suadente idem jus statuendum.* (*g*) 28

Infertur quoque ex prætendentium parte: Nam (cæteris Hispaniæ Provinciis relictis, de quibus (licet eas potiori existimatione, quam Torrecilla veneramur) nunc loqui nolumus; nisi solùm de hac nostrâ Cathalonicâ) R. P. Fr. Ambrosius de Artias, qui actualis Minister Provincialis erat, quando in hac Provinciâ dicta Bulla intimata, & executa fuit: in litteris enim in Conventu Montiscalvariæ Barcinonis, expeditis, sub die 16. Decembris 1694. directis ad VV. P P. Guardianos, quibus eis præcipiebat, virtute sanctæ obedientiæ; ut intimarent: ac præfatam publicarent Bullam. Sic in dictis litteris (de idiomate Castellano, in latinum versis) illis dicebat: *Thenore præsentium notificamus, & certos vos facimus: quod instantiâ Catholici Regis nostri Caroli secundi (quem Deus feliciter custodiat) sanctitas Domini Papæ Innocentij duodecimi, qui hodie Dei Regit Ecclesiam, Bullam mittere decrevit ad omnes nostras Hispa-* 29

(*c*) Surdo Consil. 116 n. 57. Consil. 143. n. 19. Consil. 294. n. 21. & decis. 254. n. 37. ac alijs pluribus.

(*d*) Tiraquelus ad leg. 16. connubal. Glos. 7. n. 149. & alij multi.

(*e*) lexicon. Verb. extendere. Ex cap. fin. §. si. Ne cleric. vel Mona.

(*f*) L. Illud. C. de sacrosan. Eccl.

(*g*) L. Illud. ad leg. Aquilam.

nia Provincias; in quâ, ob causas, quas exprimit (& suum sanctum motivarunt zelum) tollit, & absolutè abrogat à nobis discretorum electiones, &c. Et cùm in dicto Rescripto, non sint aliæ expressæ, quàm illæ, quæ n. 25. allegantur; clarum quidem est, quod illis Regis N. Domini zelum motivarunt, ad Pontificem M. affectivè exorandum præfatam extensionem (sicuti hæc Brevis verba liquidò demanstrant: *Per nos extendi plurimum desideret, &c.* Ut n. 7.) atque similiter cum illis, intermediante Regiâ intercessione, à Pontifice, dictam extensionem consecuti fuere. Et sine dubio prædictus R.P.Fr. Ambrosius de Artias, rememorata motiva perfectè sciebat: quia.

30 Constat octavò: dictum R. P. Fr. Ambrosium de Artias, cum aliis RR. PP. Fr. Jacobo; nempè à Cornellâ Provinciali, Fr. Bonaventurâ à Minorisâ, Fr. Seraphino à Tui, & Fr. Josepho à Sarreal, qui anno 1693. Cathaloniæ Reverm. constituebant Definitorium, ullo inconsulto capitulo; cum re verâ possent, & deberent (ut postea n. 40. & sequentibus videbitur) RR. PP. Castellæ procurationis instrumentum firmasse; ut nomine Capucinorum Provinciæ Cathaloniæ orarent Catholicum Regem; ut se protegente, à suâ sanctitate adipiscerentur extensionem, ac ampliationem Litterarum, quibus sua sanctitas, ob motiva relata, discretorum electiones aufert à Provinciâ Capucinorum Castellæ. Hoc modo dictam obtinuerunt extensionem, pro hac Provinciâ Capucinorum Cathaloniæ, sicut pro reliquis Hispaniæ; ut n.7.

31 Constat nono; quod R. P. Fr. Ambrosio de Artias, Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ. existente Provinciali Ministro, & Definitoribus RR. PP. Fr. Francisco à Matarone, Fr. Hermenigildo de Alot, Fr. Francisco à Passâ, & Fr. Joanne à Pratis Regis, sub die 16. Decembris 1694. Religiosæ communitati Capucinorum Montiscalvariæ Barcinonis. præsente R. Diffinitorio, prædicta Bulla intimata fuit, de mandato Domini Regis, per unum, ex Regij

Senatûs, Ministris. Sicut attestatur dictus R. P. Ambrosius M. Provincialis, in litteris, n. 29. allegatis, ad VV. PP. Guardianos, directis. *Ut enim*, inquit, *in hac Cathalonia debitum haberet effectum* (loquitur de prædictâ Bullâ) *fuit nobis præsentata de ordine Regis nostri (quem Deus servet) per unum Ministrum Regalis sui Senatûs die 16. Decembris anni currentis, Definitorio præsente, & communitate hujus Conventûs Montiscalvariæ. Et* (prosequitur) *omnes eam acceptaverunt ob respectus, Regi Domino nostro, debitos, & ob obedientiam, quam omnes Romanæ debemus Ecclesiæ.*

Constat decimo: quod dictus R. P. F. Ambrosius de Artias, in prædictis litteris (quas ad 32 VV. PP. Guardianos missit; ut ipsi in suis Conventibus intimarent, & dictam publicarent Bullam) præter notum facere eis, quod de suæ C. Majestatis mandato, &c. n. 31. jam Montiscalvariæ intimata fuerat illis, id, in suis conventibus, exequendum, præcipiebar; ut sequitur. *Virtute præsentium intimatur charitati vestræ* (Sic similiter cuique VV. PP. Guardianorum) *supra dicto Patri Guardiano, ac unicuique Religiosorum suæ Familiæ, qui in suo sint Conventu: & in virtute sanctæ obedientiæ, charitati vestræ mandamus, intimare, ac publicare Bullam prædictam, huic suo Conventui intra terminum, quem Dominus Nuntius præfixit: & ad me rescribat de receptione, & acceptatione, fide signatâ, atque firmatâ, &c.*

Constat undecimò: quod quando dicta Bulla Communitati Montiscalvariæ Barcinonis 33 intimata fuit, non de illa supplicavere; eam tamen acceptarunt, propter Regi D. N. debitos respectus; ac ob obedientiam, quâ omnes Romanæ Ecclesiæ auscultare tenemur: Uti R. P. Fr. Ambrosius de Artias Provincialis Minister attestatur; ut n. 31. Admiserunt etiam (præter id) Bullam præfatam; nec de ipsâ supplicarunt; timore, ne scandalum pareretur, dum stabat unus Ministorum ex Regali Senatu; ut ejus

auxilio

auxilio in executione poneretur; Tum etiam, ob occurrentiam odiri belli, quod in hoc nostro Principatu, tunc ardebat. Ultimo tandem conticuere omnes Religiosi, haud contradicendo, pro ut jure poterant, per supplicationem ad sanctissimum;eo quod crediderunt multi;se nullatenus impedire posse. Et in aliis Provinciæ Communitatibus; licet aliqui Religiosorum; quarumnam, ex ipsis, protestarunt, ac supplicarunt; nulla tamen, tunc de præfata supplicavit Bulla; sed, prout de Montiscalvariæ Communitate manet relatum; ac propter easdemmet rationes dictas, Bullam acceptaverunt: de cujus acceptatione VV. PP. Guardiani, R. P. Provinciali fidem fecerunt. Similem tamen Bullæ admissionem, communes, inter Religiosos, sensibiles afflictiones; nec non lachrimæ (quas quamplurimi efuderunt) non liberam; sed coactam esse notoriè demonstraverunt. Cœterum; ad afflictorum solatium.

34 Constat ultimo: Per Provinciam, tunc sonuisse vocem, quod in capitulo Provinciali, Generali celebrando, immediato; in quo Custodes eligendi erant ad Romam pergendum, tractaretur hoc, de Discretorum electionibus, in Capitulo pleno, cum congregatum foret: Et quod daretur ordo, posse, nec non instructio RR. PP. Provinciali, ac Custodibus:ut,vel per Generalis Capituli mediationem; vel per aliam opportunam, summum supplicarent Pontificem; ut ipse in hac Capucinorum Cathaloniæ Provincia, eas instaurare dignaretur, secundum nostras Constitutiones Generales, ab Urbano 8. felic. record. confirmatas: Quæ cap. 8. eas expressè disponunt: atque usque ad Brevis prædicti executionem, ab origine Religionis, ita fuerat practicatum; & in nostra Provincia, cum omni pace, concordia, nec non regularis disciplinæ Observantia: ut videri est, infra §§. 2. & 3. Propter hoc igitur, ac propter occurrens bellum, Religiosi hujus Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ suspenderant gravia manifes-


tare incommoda, quæ contra eos, à dicti Brevis praxi resultant; tum in honore (quod sensibilissimum est); tum in seraphicæ Regulæ Observantia; tum etiam in regularis disciplinæ conservatione: Atque adhuc contra debitam, Regi, ac Pontifici, Dominis nostris, reverentiam: Quod utrumque sigillatim, & apertè postea sequentibus demonstrabitur §§. 2. 3. & 4. Intelligentes tamen Religiosi, & certifacti: Quod in Capitulo, 8. Novembris celebrato 1697. in quo (juxta promulgatum, de dicto puncto tractandum erat) nihil prorsus in aliquo actu Capitulari actum fuerat. Ex his præsentibus facilè, & clarè præteritam intentionem R. Definitorij; permanendi scilicet in Dicti Brevis praxi, cognoverunt, juxta quandam legem (a) tenentem: *Actus præsens præteritam intentionem declarat.*

(a) *L. si hi qui. C. de Adulte.*

Cum ergo obligemur veritatem liberè pro- 35
ferre, nec non defendere; nisi velimus veritatis fieri traditores; ut graviter sequens asserit Canon. (b) *Qui non liberè veritatem pronuntiat, quàm liberè pronuntiare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere convenit, proditor est veritatis.* Et ne magis homines timeamus, quam Deum; & propterea contra nos, Divinam ne incitemus iram, ac indignationem, veritatem cælando; ut sequens affirmat Canon. (c) *Quisquis metu cujuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat: quia magis timet hominem, quam Deum.* Quapropter magis timens Deum (ut justum est) quam homines, veritatem in deductis apertè dixi; in deducendis dicam; ac illam, Divino auxilio fretus, pro posse defendam. Ingredior jam 2. §. veritatem dicturus.

(b) 11. *q.* 3. *cap.* 86. *Nolite timere*

(c) *cap.* 80. *Quisquis.* 11. *q.* 3.



§ 2.

De qualitate informationis, qua Rescriptum Discretorum abolitivum, consecutum fuit.

36 AD benè dictam informationis qualitatem percipiendam; est investigandum: quis, vel quinam, & cujus nomine talem informationem dederunt Catholico Regi, & Pontifici M. Dominis nostris? Quibus motivis? Et tandem, si fuit in damnum tertij?

37 Ad primum manifestè patet; quod qui talem dederunt informationem fuerunt RR. PP. qui anno 1693. Cathaloniæ Difinitorium constituebant, non immediatè, sed mediante procuratione, ab ipsis firmata; ut dictum est, n. 30. Illam in principio occultaverunt; nec non aliqui, ex ipsis negaverunt: sed jam dictam procurationem, in Provincia divulgatam; illam non potuerunt non concedere. In Libello seu Litteris Definitorij (contra omnium Familiarum conventuum Provinciæ procurationes firmatas, ad effectum, pro Discretorum causa, recurrendi ad sanctissimum) expeditis in conventu Olotensi, sub die 11. Julij 1698. (absentibus à Provincia RR. PP. Fr. Bonaventura à Minorissa Provinciali actuali, & Fr. Carolo à Minorissa actuali Definitore) subscriptis à RR. PP. Fr. Ambrosio de Artias Diffinitore, ac Vicario Provinciali, à Fr. Josepho à Sarreal, & à Fr. Francisco à Matarone Diffinitoribus: Provinciæ sigillo signatis: Quas Litteras, ad Provinciam peruenti RR. PP. Provincialis, & Diffinitor Fr. Carolus à Minorissa; laudarunt, & approbarunt; mandantes, eas Provinciæ communitatibus intimari, & publicari. In dictis ergo Libello, vel Litteris, relatam procurationem, à

R. Definitorio firmatam (ut supra) supponentes, recognoscunt, clausula, 1. post medium. Et clausula, 3. R. Definitorium, dictam procurationem, nomine Provinciæ firmare potuisse, sustinere, & probare intendunt; ut infra dicetur. Unde RR. PP. Definitorij, & suam C. Majestatem, & suam sanctitatem, mediatè informaverunt; motivis expressis in Rescripto, & declaratis supra, n. 25.

Licet in rei veritate, fuit inconsulta Provincia, aut Capitulo aliquo; nihilominus informatio data fuit, nomine Provinciæ. Qui Catholicum Regem informavit; & eo medio, Pontificem M. dixit: Provinciam Capucinorum Cathaloniæ, per relata motiva, abolitionem electionum conventualium Discretorum desiderare. Fateor: quod (Textu Canonico non obstante (a) *Ut mojora mala, cum forsitan dicuntur, nisi probata, credi non debeant*) tam C. Majestas, quam sua sanctitas magnum habuerunt fundamentum, in credendo informationi: scilicet Capucinos Provinciæ Cathaloniæ abrogationem dictam desiderare, ob memorata motiva; absque eo, quod probationem præciperent fieri. Nam Provincia repræsentata valdè digna est fide; maximè proprios agnoscens defectus, in relatis motivis: Quando naturale est, illos semper occultare, nisi necessitate urgente, & cum veritate manifesta. Attamen falsè Regem Cathol. informavere; & per ipsum; Pontificem M. Nam Cathaloniæ Capucina Provincia, nunquam intentavit, neque abolitionem dictam Discretorum intentat, & multò minus, per allata motiva. Alias dicat pars adversa, ubi, & quando intentavit? Ostendant aliquam capitularem resolutionem; cujus virtute facta sit talis informatio? Et non poterit; quia non est. Qui illam prætendit fuit R. Definitorium; ut n. 30. At R. Definitorium minimè Provincia est. Capucinorum enim Cathaloniæ Provincia 25. conventus habet. Et ideo, vel omnes dictorum conventuum communitates, simul 38

(a) *cap. 52. in tunctis 11. q. 3.*

cum R. P. Provinciali, Provincia dicitur (Ita Miranda (*a*) infertur que, ex quodam textu Canonico (*b*) Vel etiam Provincia nuncupatur, Provinciale Capitulum Congregatum: Quod virtualiter Provincia est. Sic Miranda; ut supra. Et inter omnes, hæc intelligentia est communis: R. autem Definitorium, neque uno; neque alio modo, Provincia est; ut ex se patet: ergo, &c.

39 Nec obstat, id, quod R. P. Torrecilla (*c*) ait; nempe quod in opinione valdè probabili, Definitorium venit in nomine Capituli. Primó: quia textus Canonicus, quem allegat; videlicet c. prodest. 25. q. 3. in dicta causa 25. nec, q. 3. invenitur; nec cap. prodest. cap. prodest. in causa 23. reperitur, q. 5. attamen nihil ad intentum dicit.

40 Secundo: his relictis; in quibus Definitorium potest venire, nomine Capituli: nunquam tamen in gravibus resolvendis: imo in magni momenti rebus, de jure communi (*d*) Prælati tenentur majorem Capituli partem consulere: Et non postulato consilio, à majori Capituli parte, anullatur actus; docet ex allegatis textibus Miranda (*e*) Adhuc quoque in gravibus, Prælati Capituli majoris partis egent consensu: tenet Navarrus, cum alijs, apud allegatum Mirandam.

41 Tertiò, & dictum (in casu proposito) confirmatur, consuetudine; quæ *est optima Legum interpres* (*f*) R. Capucinorum Cathaloniæ Diffinitorium, inconcussa consuetudine, observavit in gravibus (maximè in his, quæ pertinent, non solùm ad Provinciæ commune; verum etiam ad omnia illius individua) ea, non se solo Capituli nomine resolvere; sed cum consilio, & assensu majoris partis Capituli. Possent ad hoc comprobandum quamplurima, & varia exemplaria adduci, adhuc in materiâ minoris ponderis: sed pro nunc hanc consuetudinem adducere sufficiat; scilicet, quod R. Definitorium in singulis Capitulis, ad disciplinæ regularis

(a) Miranda in Manual. Pral. Regul. tom. 2. q. 16. art. 1.

(b) Ex c. 2. scitote 6. q. 3.

(c) Torreci la tom. 2. consult. p. 493. n. 12

(d) ex c. Novit. c. quanto. & c. Ea noscitur. de his, quæ fiunt à Pral. sine cōcensu Capituli.

(e) Mirāda in Man. Pralat. Regul. tom. 1. q. 15. art. 2.

(f) ex cap. cum dilectus de consuetudine. Glos. interpres, ibi ff. de leg. & const. Princ. l. de interpratat.

conservationem, quasdam conficit ordinationes; & licet non sint in materia, ita gravi; ut hæc (de qua agimus) nihilominus leguntur in Capitulo pleno; ut illius consensu confirmentur. Resolutio petendi discretorum abolitionem; &c. non solum est materia gravis; sed gravissima: (Tum quia, contra constitutionum Generalium, cap. 8. præscriptum: Tum quia contra jus omnibus concessum, à Regula; ut §. sequenti) quæ enim non solùm attinet ad commne Provinciæ; verum etiam ad omnes singulares illius; ut patet: ergo, &c.,

(a) Reg. 29. in 6.
(b) Glos. In quod omnes tangit. *Vide ibi diversos textus, & jura.*

42 Quartò, & deductorum n. antecedenti, est ratio fundamentalis: Juris Cononici, regula 29. [a) docet: *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari*: Verè enim materia ista (de quâ agitur) tangit omnes Religiosos Provinciæ, saltem virtualiter intellectos, vel compræhensos in Capitulo: ergo resolutio præfata, debebat ab omnibus approbari; vel à majori Capituli parte: Nam in jure (b) *Illud dicuntur omnes facere, quod facit major pars.* Dixi à consilio *saltem virtualiter, &c.* Quia in hac materiâ; cùm jus concurrendi ad dictas electiones sit unicuique concessum; non solùm à Constitutione; sed etiam à Seraphicâ Regulâ; ut infra. Adhuc credo, quod neque Capitulum plenum posset dictum procurationis instrumentnm firmare, ad effectum abrogandi Discretos; sine urgentissimâ causâ, præcipuè; & cum sufficienti posse illorum ad quos pertinet: cœterum allatis motivis (quæ pro nostrâ Provinciâ; ut infra, non sunt vera) nullo modo. Sit quid sit, de Capituli posse. Ut certum habeo; quod R. Definitorium, in hac materiâ, non venit nomine Provinciæ, aut Capituli.

(c) Diffinito. Cathal. in Libello, vel Litter. clausula 4.

43 His tamen non obstantibus, R. Definitorium Cathaloniæ in suo Libello, vel Litteris (c) affirmat. *Negare Definitorium venire in nomine Capituli; esse contra communem sensum Doctorum, qui majoris sunt authoritatis, ut Pellissarius, Peyrinis, Lassana, Garcia, Segismundus à Bononiâ,*

Bonagraciâ, & alij. Et paulopost, dicit: *vi-dideantur Bonagracia, & alij tenentes, Diffinitorij posse, esse amplissimum: & solum esse limitatum, Constitutione, vel Pontificia, vel Municipali: & nulla, ex his Diffinitorij authoritas restricta manet, ad resolvendum in hac materiâ.* Quibus R. Definitorium judicat, & dictum procurationis instrumentum firmare potuisse, nomine Provinciæ (hac inconsulta) & illius virtute, consequenter potuisse suæ C. Majestati; & suæ Sanctitati, præfatam informationem dare.

(a) *Verb. Definitores. sub n. 130. pag. 224. circa mediū*

44 Affirmat hoc R. Definitorium; sed (debita reverentia) non probat: Doctorum littaniam adducit; sed non allegat, ubinam adducti Doctores, hoc docent; ut videri possent. Dupliciter Bonagraciam adducit; ideòque, aliis relictis, audiat, si placet: quid in hac materiâ teneat Bonagracia (a) loquendo de nostro Ordine Seraphico; ita tenet: *In quo non solùm Sacerdotes, sed; & Laïci ad Superioritates nostræ Religionis admittuntur. Cui licèt unus præficiatur Minister Generalis, pro toto Ordine, & Provincialis pro aliquâ Provinciâ, habentes potestatem ordinariam, quasi Episcopalem in universos totius Ordinis, aut Provinciæ Fratres; ea tamen limitata est cum suo Definitorio; ita ut in gravioribus, sine sui Capituli consensu procedere non possint, &c.* Quid clariùs? Sed materia de quâ agitur, non est gravior quomodocunque; sed gravissima: ergo, &c. Id quod, ad summum deducere possunt, est: quod Definitorium veniet nomine Capituli, in levibus; ac etiam in gravibus; commissis tamen specialiter, à jure communi, consuetudine ritè introductâ, jure Municipali Regulæ, nostratum Constitutionum; vel aliquâ Constitutione Pontificiâ; aut à Capitulis, sive Generali, sive Provinciali: sed ex nullo ex his, talem facultatem R. Definitorium habet: ergo, &c.

Imprimis non à jure communi; imo contra
45 jus commune demonstratum est supra n. 40. Deinde nec consuetudine; imo hæc est contraria; ut n. 41. Insuper non ab aliquo jure Munici-

pali. Non à nostrâ Seraphicâ Regulâ; imo econtra inferri potest: quia cum fusè demonstretur §. sequenti, Discretorum electiones esse de sensu litterali Regulę: ex his sequitur; & jus Religiosis, ab ipsa concessum; & illam, nullo modo, R. Definitorio, nec aliis prælatis Ordinis, concedere potestatem faciendi procurationem, ad abrogandum, quod illa instituit; imo censetur denegatum; ideò Seraphicus Pater (ut tenent multi) prohibuit in suo Testamento, quod Fratres litteram aliquam à Curia Romana peterent, ad evitandam mutationem in Religione. Verum quidem est, quod Definitorio Constitutio committit diversa resolvenda, & decidenda; ut est videndum in ipsa, & reductum in Bonagracia (a) In enim specialiter commissis, non separatim; sed collegialiter congregatum Definitorium, unum corpus Provincię suę Religionis efficiunt, & representant; ut supponit Bonagracia [b] Tamen in hac materia [de qua agimus] R. Definitorium à Constitutione, nullam prorsus commissionem, vel facultatem habet: imo expressam prohibitionem. Disponit enim Constitutio cap. 8. Discretorum electiones. Cap. verò 12 ita disponitur *Et quia præsentes Constitutiones diligentissimè compositæ fuere: ac non minori curâ revisæ, & emendatæ: nunc noviter de totius Capituli Generalis consensu: ordinamus, quod non mutentur, sine consensu dicti Capituli Generalis. Et sic similiter omnes nostros Fratres præsentes & futuros hortamur: quod nec in dictis Capitulis Generalibus præsentes mutent Constitutiones:* Ergo cum Discretorum Electiones sint de Constitutione; ipsamet Constitutio prohibet, illas aufferri, sive à Definitoriis, sive à Provinciis; ergo & medium ad illas aufferendas censetur prohibitum: quia qui prohibet finem: & media ad finem vetat (c) atqui dicta procuratio facta à R. Definitorio, fuit ad illas abrogandas; ergo non erat concessa; imo vetita à Constitutione. Prætensam facultatem præterea non habent, ab aliquâ Constitutione Pontificiâ; alias assignent?

(a) *Bonagrac. verb. Provincialis pag. 503 n. 6.*

(b) *Bonagrac. V. Definitores 224.*

[c] *Regul. Juris in additione ad Regul. 29. in 6. ita habet.* Aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod pervenitur ad illud.

assignent? Et dato, & non concesso, quod illam haberent, illis, quibus præjudicium fecit talis procuratio, manifestare, & intimare deberent. Tandem nec à Capitulo aliquo; ut notum est. Ergo, in hac materia resolvenda, R. Definitorium, nullo modo venit nomine Capituli, vel Provinciæ: & perconsequens malè, nomine Provinciæ procurationem firmavit ad consequendam dictam Discretorum abolitionem; cùm ad se non attineret: (*Non est sine culpa*, inquit Regula juris [a] *qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet*) & pejus fuit, suam C. Majestatem, & suam Sanctitatem mediatè informare (Provincia inscia) nomine Provinciæ, motivis non veris, & contra ipsam Provinciam: quorum qualitas hîc venit examinanda.

46 Ad secundam §. partem, constat; quod motiva (quibus data fuit informatio C. Regi, ac Regio intercedente medio, Pontifici M.) sunt illa, quæ extant in Rescripto, ac deducuntur manifesta n. 25. & ab hoc num. usque ad 29. At dicta motiva pro nostrâ Provinciâ Cathaloniæ, non sunt vera; imo falsa: quod multipliciter manifestabo.

Primò à Fama: Est enim fama (juxta lexicon Juris Civilis, & Canonici (b) *communis opinio voce manifestatâ, ex suspitione proveniens, &c.* Secundum vero spe. (c) *Est vehemens vulgi; & majoris partis populi opinio, rei de qua quæritur consentiens, vel consonans.* Et tametsi inconstans) quadam docente Glosa (d) per se non probat; benè vero, quæ constans est. Etsi plenè non probat; ex quodam textu, nihilominus probat (e) Et plurimum, ex alio textu (f): quia secundùm Glosam *Fama* indictum textum; majorem probationem facit; quam unus testis jurans: *Plus facit fama hîc, quam dictum unius, ubi juramentum intervenit.* Communissimum, ac constans nomen bonum Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ, in electionibus conventualibus Discretorum; vocibus Laicorum, atque Ecclesiasticorum, sive Sæcularium, sive Regularium, propa-

[a] *Regul. 19. in 6.*

(b) *Lexicon V. Fama.*

(c) *Spe. tit. de noto. crim. §. fama: apud vocabul. utriusque Juris v. famâ.*

(d) *Glo. Fama. in cap. si testes. §. sapè. 4. q. 3.*

(e) *Ex cap. cũ causam de test. & attestat.*

(f) *Ex cap. super eo de consang. & affin.*

latum, est: quod in dictis electionibus procedebant semper cum pace, concordia, ac quiete: debita Prælatis reverentia, necnon integra regularis disciplinæ observantia. Fundati erant in Provinciæ laudabili cursu, quem sufficienter sciebant, necnon electiones, & scrutinia. Ob hanc itaque Discretorum extinctionem, plures non modicè mirati fuere. Attamen majori fundamento Provincia Cathaloniæ Capucinorum, hac fruitur fama, inter Religiosos ipsius filios: nam cùm adintra vivant, clariores notitias, de omnibus, quæ in electionibus dictis acciderunt, habent. Propter quod dignè Cathaloniæ Provincia, à diversis Reverendissimis PP. Generalibus, sancta Provincia meruit in Visitationibus appellari. Evidens signum est, motiva relata, de ipsa dicta, esse falsa.

2. Ab experientia, quæ Jure (a) comprobante *omnium est Magistra*. Ab experientia igitur 47
sufficienter constat: non solum, quod in hàc Provinciâ Capucinorum Cathaloniæ, damna motivorum relatorum minimè verificari possunt: Imo Religiosos, in conventualibus electionibus, tanta cinceritate, simplicitate, ac zelo (à PP. Fundatoribus accepto) Processisse: Quod neque Magistri cum discipulis; Patres cum filijs; nec cùm amicis, amici; unquam usi fuerint (saltem nec incidenter notoriè) consultivo voto. Et licet sit verum, quod cum debito modo sit; reprehensibile non sit; attamen in Provinciâ istâ semper fuit aborritum, uti subornationis allectivum: & solummodo pro voto consultivo admissum est primum scrutinium. Tali pacto hoc erat: quod si R. P. Provincialis, vel Commissarius quidam fortè aderant, dum aliqua Discreti electio erat celebranda; haud vocalibus percontabantur quidquam; neque cui Religiosorum vocem intendebant dare; neque perquirebant, quales Religiosi aptiores erant ad eligi: neque aliquis, vel aliqui proponebantur digni: quia (dato, & non concesso) quod aliquis hoc pretendisset; ultra quod suum intentum fuisset fru-

(a) *Ex cap. quam sit, de Electione in 6. §. Quæ omnia. instit. de fide. Jussor. ex §. pen. instit. de satis dat, & alijs Juribus.*

ſtratum; exemplumque peſſimum fuiſſet præſtitum (ut num. ſequentibus amplius videbitur) proculdubio è contra evaſiſſet; ut omnes communiter ſentiunt. Quomodo igitur ſubornationes, & colluſiones (ut n. 21.) compromiſſiones, & pacta quandoque ſimoniaca? ut n. 23.

48 Et demum ad commune Religioſorum Provinciæ, omne illud, quod dirigeret, aut dirigere poſſet ad Diſcretorum electionem negotiandam (præterquam, quod id negotiantem, ac illum, pro quo negotiaretur; quocumque modo foret, valdè dedecoraret) medium extitiſſet efficatius; ut à ſimili prætenſione excluderentur. Ita etiam ſimiliter, caſu, quo Religioſus aliquis, ſe non electum ſentire demonſtraviſſet; vel quod electio, non illi veniſſet ex ſententia. Hoc certiſſimum extat, quod comprobabunt informationes, ſi accipiuntur in Provincia. Quomodo ergo poſſunt iræ, rixæ, &c. ſupra n. 15. Nec factiones, ac inimicitiæ, &c. n. 16. & cœtera, nn. 17. & 18. damna verificari? Certè dicta excuſaſſent, ſaltem ne inhabilitarentur.

49 Neque in iſta Provincia Cathaloniæ, unquam fuit expertum, ſaltem notoriè: Prælatorum poteſtatem minui (juxta tradita, n. 19.) Nam (dato, & non conceſſo) quod aliquis fuiſſet Prælatus, qui ita ambitioſè ad remanendum in regimine, ſubditis acquieviſſet, eorum defectus diſſimulando, & regularis diſciplinæ exactam laxando obſervantiam; ut illos gratos, & propitios haberet; ad poſtea Diſcretum, juxta ſui placitum eligendum; ſi percipi potuiſſet; talis Prælatus (adhæc, quod à communi Provinciæ ambitioſus fuiſſet notus, atque notatus; nec non inhabilis ad prætenſam manutentionem, à qua, citra ambiguitatem, extitiſſet privatus) deſideratam non conſequeretur electionem. Ob leviorem enim cauſam, ſimilem, in hac Provincia, experientia commonſtravit effectum; ut quædam afferri exemplaria poſſent. Igitur (ſuppoſitione facta) & ſi in aliqua Provincia, Diſcretorum electiones motivum

darent ad Prælatorum potestatem minorandam, ob dependentiam; causæve relaxationum essent: ac parcæ, in subditis, erga Præsules, reverentiæ; minimè quidem (per Dei misericordiam) in hac Capucina Cathaloniæ Provincia. Ideoque illius factum, non debet huic præjudicio esse, juxta legem disponentem (*a*) *Alterius factum alteri non obesse.* Nec (secundum aliam (*b*) quod illius Religiosi fecerunt; istius Religiosis fas est nocere: *Alijis non nocere, quod inter alios actum est.* Et propter hoc ita præcavet Jus (*c*) *cavendum, ne respectu nocentis, innocens patiatur.*

(*a*) *L. de pupillo §. si plurimum. de ope. no. nun.*

(*b*) *L. quia non debet. de Jurejur.*

(*c*) *L. fin. in fin. C. de his qui latro. L. prægnantis. de pæn.*

Ab effectibus 3. probatur. Quando animæ cuidam fuit pro objecto proposita culpa; & 50
tunc voluntas valde horruit, ac displicentiam de illa demonstravit; illam animam à tali proposita culpa omnino liberam esse, docent Theologi, & benè: Tumquia objectum sic propositum, per horrorem, & displicentiam non amplectitur; imo detestatur Tumquia (inferunt) Magnum horrorem, ac displicentiam oriri à causa immediatè contraria culpæ; videlicet ab amore, ac Dei timore, à gratia Divina, & à puræ legis Divinæ observantiæ zelo: Ac per consequens simul in eodem, non possunt inveniri subjecto: juxta illud principim: *contraria simul esse non possunt.* Loquendo de immediatis, ab omnibus, etiam, in Jure (*d*) admissum. Deffectus enim in relatis motivis, expressi, istius Provinciæ Religiosis propositi, solum ad illos ponderandos, magnum horrorem, & displicentiam causavere: Quid ergo esset si proponerentur ad illos exequendos? Sine dubio multo majores similes causarent effectus; qui istius Provinciæ Religiosos, à supra relatis defectibus declarant immunes. Et si effectus causas manifestant, ut experientia constat; & Philosophia, ac Jus (*e*) tenent: Effectus, inquam, dicti horroris, ac displicentiæ magnæ, patet, quod manifestant suas causas, à quibus emanantur; nempe ab amore, & Dei timore; nec non à puræ observantiæ Regulæ, constitutionum, ac Disci-

(*d*) *L. mutuis pro socio. L. 1. C. de furtis.*

(*e*) *In L. Generali, C. de Episcop. & Cleric. Et l. non Condicillum. C. de testamēt.*

plinæ regularis zelo. Quod quidem (per Dei gratiam) istius Provinciæ habent Religiosi: Unde, ut quid contrarium immediatum, dictis defectibus, à Religiosis possessum; sequitur ab eis remotos esse tales defectus. Lege quadam sic concludente (a) *Ideo ad possessionem unius contrarij, sequitur remotio alterius,*

(a) *L. si inter. de exceptio. rei jud.*

51 Præcedens corroboratur discursus: Nam quoties Reverendissimi PP. Generales in visitationibus consultivum votum ad electiones, intentare voluerunt: semper eis, veritate usus istius Provinciæ PP. restiterunt: Quod nempè non erat in praxi: illudque in hac Provincia intentare nota esset, & adhuc scandalum pariens. Qui majori conatu, hac in Provincia, votum consultivum intentavit, fuit Reverendissimus P. Fr. Bernardinus ab Aretzo dignissimus Cpucinorum Minister Generalis: qui anno 1692. priusquam in hac Provincia Provinciale celebraretur Capitulum, Religiosis in visitatione præcepit; ut quadam in payro Religiosos inscriberent, quos aptos, tam pro Provincialatu, quam pro Diffinotatu, judicarent; ac sic inscriptos illi darent; Tamen aperiendo postea se votum intentare consultium in Capitulo: debita reverentia se PP. graves illi opposuerunt; palam faciendo illi; quod in hac Provincia votum abhorrebatur consultivum, sicque illud intentare, Religiosis in magnam verteretur notam, ac scandalum: Et quod in omnibus electionibus aliud votum consultivum nunquam admissum fuerat, nec admittebatur, quam primum scrutinium. Unde à suo debuit desistere propositio. Modo sic, si unus Generalis, in visitatione proponendo votum consultivum (non adhuc apud alios; sed apud se solum exequendum; quod si debito modo fit, licet) tantum itaque gignit horrorem, notam, scandalumque; quid, si proposuisset (quod absit) tam graves motivorum defectus exequendos? Et si unus Generalis nequit de voto consultivo suum adimplere desiderium; & hoc solum ne abuteretur, in poste-

rum, & ad subornationem induceret: quomodo illi eveniret circa reliqua motivorum? Quomodo succederet Provinciali? consequeretur ne votum consultivum si proponeret? Minimè quidem: imo minus: Minus Guardiani; Et multo minus Religiosi particulares. Ergo, &c. Ucusque deductis nostra proposita propositio videtur clara, & manifesta. Et licet Jure [a] disponente: *De manifesta, & nota pluribus causa non sunt quaerendi testes.* Tamen ad majorem manifestationem ad illos deducendos progredior. 52

Probatur 4. à testibus, dictorum motivorum falsitas. Testes in Jure [b] probationem faciunt; & majorem [c] secundum ipsorum qualitatem; utpotè cum sint omni exceptione majores [d] Illi, de quibus magis est verisimile, quod veritatem sciant; & illi sunt potius praeferendi, in Jure [e] Nec non antiquiores [f] Ab illis enim requirenda est veritas, quibus lux veritatis potius assistit; ut expressè est dispositum in Jure [g] Antiqui Religiosi, omni exceptione majores, contestes attestabuntur, quod in Discretorum electionibus, nunquam in hac Provincia experti fuere defectus relati, in dictis motivis; imo illae semper celebratae fuerunt cum omni pace, concordia, & quiete communi, & particulari; purè simpliciter, & sanctè; uti Generales ordinant Constitutiones cap. 8. absque eo, quod illae relaxationes pepererint; imo conduxerunt, & influxerunt ad Regulae. Constitutionum, ac regularis Disciplinae observantiam puram: Neque propter illas, aliqua nota, vel malum exemplum quoddam fuit expertum: imo potius saecularibus, & aliorum Religionum Religiosis aedificationem causarunt.

(a) *Cap. 17. de manifesta. 2. q. 1.*

[b] *Ex toto tit. de testib. & attestat. & alijs juris text.*

[c] *Ex cap. In nostra. §. si vero. de test. & attest. ex cap. si testes omnes. 4. q. 2. & 3. ibi Glosa, eorum.*

[d] *Ex cap. Dilecto filio. §. Ideoque. De officio Archipresb.*

[e] *Glosa. Majores Ecclesiae. in cap. relat; nempe dilecto filio. Allegat. 35. q. 6. cap. consanguineos l. qui ma. ac. poss. c. videtur.*

[f] *ff. de leg. 3. l. si chorus. §. 1. & 20. d. c. de quibus.*

[g] *4. q. 3. cap. si testes. Conc. tex. in l. presbyteri. C. de Epis. & cler. ibi Bald.*

53 Et verum quamquam sit, quod existente Generali Rmo. P. Cessena, ac istius Provinciæ Provinciali R. P. Fr. Francisco de Jorba; quædam fuerunt perturbationes, quæ ad sæculariũ pervenerunt aures; attamen non processerunt, ab electionibus; neque ab aliqua Discretorum electione originem duxerunt: sed solum à nominatione Vicarij Provincialis, qui, pro R. P. Provinciali (Romam tunc petituro ad Capitulum Generale) permanendus erat gubernaturus Provinciam. Asserebat enim sua Reverendissima, dictam nominationem ad se pertinere in actu Visitationis; contrarium tenens R. P. Provincialis, in constitutione fundatus suum nominavit Vicarium Provincialem; cujus dispositio amplexa, & admissa fuit à communi Provinciæ; non obstante Rmi. P. Generalis contradictione.

Tandem: *Quia etsi* (Jus disponit canonicum
54 (*a*) *eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in litibus exercendis: non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium, vel plurium idoneorum testium depositionibus præferatur, &c.* Ex omnibus Religiosis nostræ; Provinciæ, non solum major pars; sed plusquam duæ partes, in instrumentis authenticis, dictorum motivorum falsitatem contestantur. & si de mandato Judicis superioris depositiones acciperentur, multo plures hoc idem affirmarent cum juramento; quin sint aliqui, Religiosi; nec contrarij, qui audeant attestari, cum juramento, dicta motiva, pro nostrâ Provinciâ verificari posse. Imo contrarij (ut postea) illam supponunt innocentem: ergo, &c. Quamquam enim ad multitudinem testium; sed ad eorum qualitatem, & ad ipsorum deposita respiciendum est; quibus potius lux veritatis assistit; ut eleganter in quodam disponitur texto [*b*] Tamen cæteris paribus, in testium majori numero [dum multitudo, non sit effrenata] potius lux veritatis assistit, in Jure. [*c*] In nostro casu, sunt testes in magno numero, idonei, omni, exceptione majores, qui

[*a*] *cap. cum Joannes. §. Porro. de fide instrument.*

(*b*) *cap. In nostra præsentia. de test. & attestat.*

(*c*) *Ex cap. licet causâ. de probationibus. §. ex præmissis.*

contestes, dictorum motivorum falsitatem cum juramento affirmabunt; quin ex parte adversa sit aliquis (ut creditur) qui audeat, dicta motiva, pro hac Provincia, esse vera, jurare: ergo, &c.

55 Probatur 5. à partis confessione. Partis spontanea confessio, est probatio certior à Jure percepta (a) Et ut melius dicam, partis spontaneam confessionem, non esse propiè probationem; sed probationis relevationem: *quia* (habetur in præfatione, ad tit. de confessis) *Ubi adest confessio, non est necessaria probatio.* Licet hoc verum sit de confessione, in legitimo Judicio; nihilominus extra judiciales spontaneæ confessiones, multum valent ad intentam veritatem probandam. RR. PP. qui procurationem firmavere; (ut n. 30. dictum est) atque illi, qui de R. Deffinitorio erant, quando Bulla dicta executa fuit (ut n. 31) possunt pars apellari: quia virtute Procurationis firmatæ ab ipsis, Bullam abolitionis (Discretorum instavere, & consequuti fuere. Et (quamquam sit verum, quod de præfatâ Bulla supplicare poterat (ut §. 6. dicetur) in Provinciæ conventibus intimari, & publicari præcepit R. P. Provincialis, ut n. 32. Constat enim hoc fuisse, RR. PP. Diffinitoribus consentientibus, & assentientibus. Isti RR. Patres (Licet pars adversa) vel major pars illorum (velut publicè fuit promulgatum) Reverendissimo P. Generali constanter restiterunt votum consultivum, per rationes n. 51. deductas. Igitur secundum hoc confitentur bonum Religiosorum procedere, in Provinciæ electionibus: Ac per consequens confessuri sunt motivorum falsitatem: quæ ipsas malas faciunt, subornationibus, &c. Videantur supra nn. 11. & 12. & à n. 15. usque ad 24.

(a) *Constat, tit. de confessis. cap. cum super electione. cap. Nos in quemquam. 2, q. 1. & aliis textibus allegatis in fine præfationis, super tit. de confessis.*

56 Haud impertinens censeo fore fateri: Procurationis firmatores, ac R. Definitorij constitutores, quando dicta Bulla executa fuit, ut n. 31. Cum audiebant, & videbant vivam pœnam, quâ afflicti Provinciæ Religiosi communiter labo-

rabant

rabant: propter Bullæ Prædictæ exequutionem; eoquod ab ipsius praxi gravissima damna (§. sequenti inscribenda) præponderabant: Atque ejusdem motivorum causa, à chara Provinciâ matre, quid sensibilius, in honore arripiebatur. Dignum erat visu, & admiratione, quomodo adinvicem se excusabant: omnes de prædicto influxu, se excusationibus patefaciebant immunes. Qui plus cœteris, R. P. Fr. Ambrosius de Artias, actualis Provincialis, quando Bulla exequuta fuit; qui apologeticam formavit Papyrum, quam per Provinciam currere fecit. Ejus assumptum erat, Religiosos facere scios: in dictâ exequutione, nihil amplius fieri potuisse; nec per Eminentissimum Cardinalem Protectorem (ad quem scripserant) impedire quivisse: Reverendissimum Patrem Generalem (dicebat) ita velle: Regiam C. Majestatem; sic præcipere, &c. In hoc artificio calamum, atque meam reprimo linguam: quia cum neminem offendere desiderem, solum sum dicere contentus: supposito, quod neuter influxum dictum admittere volebat; quia culpabilis, videtur fore: Hoc nihil novi culpæ; manifesta enim à nemine vult amplecti; imo omnes, ab ipsa, amant capere fugam.

57 Sed quantum ad dictorum motivorum qualitatem, quid sentiant RR. PP. Definitorij nostræ Provinciæ Cathaloniæ, in Libello, seu suis Litteris (*a*) loquendo cum Procuratore, ab omnibus conventuum familiis, ritè constituto [ad effectum recurrendi ad SSm.] ad ipsius Allegatum, in defensionem Provinciæ confectum, respondentes; ita proferunt. *Regiminis Patres prætenso Procuratori consulere, vel participare non debuerunt motiva, quibus ad Regis Domini nostri mediationem recursum habuere; ad Discretorum abolitionem. Adhac procedendo, ut Christianus cogitare potuit: quod Regiminis Patres procurationem dederint solum ad consentiendum, ut Discretorum electio aboliretur: conformando se in hoc, cum cæteris Hispaniæ Provincijs, quæ id ipsum, jam exe-*

(*a*) *In Libello; seu Litteris Definitorij n. 37. relatis. clausula 2.*

quuerant. Aut quod, ob expressa motiva in Bulla (quæ ita sæpè repetit Allegatum) quando illam dederint; discurrere potuit; quod fuit, non propter similium malorum curationem; sed ob præcautionem: Et cum istud sit veritas solida, prætensus Procurator non dubitavit fallere, & seducere Religiosos, illos faciens concipere; quod ad Discretorum electionem auferendam, Regiminis Patres, Regem, & Pontificem fraudavere; necnon à Provinciá, & singularium ejus, honorem, famam, ac existimationem abstulerunt.

His, & alijs contentis, in dictis Libello, seu Litteris, difusè, & plenè responsum est in quodam Allegato (*a*) apologetico. Nihilominus breviter ad sic opposita respondebo. *Et cum istud (inquiunt) sit veritas solida, &c.* li *istud*, relativum est, quod ad omne antecedens relatum, refertur: Unde ex ipsorum dictamine, est veritas solida: Primo, quod consulere, vel Procuratori participare non debuerunt motiva, quibus, &c. Motiva confitentur, quibus ad Regis nostri D. mediationem recurrerunt, ad Discretorum abolitionem: Non sunt alia, nisi, quæ extant in Bullæ narrativa, expressa; & videri poterunt à n. 10. usque ad 29. ubinam dicta confitetur R. P. Provincialis: ergo his, ad dictam mediationem Regiam recurrerunt. Cum Jus insuper concurrendi ad Discretorum electiones, non solum sit à Constitutione cap. 8. Verum etiam à S. Regula concessum; ut §. sequenti: ad dictum Procuratorem, sicut, & ad alios pertinebat: Quapropter ipsum, sicut & alios Provinciæ Religiosos, saltem virtualiter in Capitulo comprehensos, vel repræsentatos consulere debuerunt: inquam in motivis dandis, consulere debebant Capitulum Provinciale, & adhuc Generale, ut supra nn. 44. & 45. Adhæc, etsi circa motiva danda Procuratorem, modo dicto, consulere non debuissent; debebant afortiori, utroque Jure consulere veritatem, & justitiam. Veritatem; ut ab ipsâ, in informatione, non deviarent: sicque falsa motiva non dedissent: 58

[*a*] *In Allegato idiomate Castellano, cujus titulus: Defensa propria, de comunes, y particulares, que humil mente se presenta à legetimo Superior.*

ficut hucufque probatum manet. Jufticiam, quâ unicuique tribuiffent, quod fuum erat; & à nemine abftuliffent, quod illi à Jure debebatur. Hęc eft folida veritas.

59 Secundo. *Et cum iftud fit folida veritas* &c. Quid iftud? Ita dicunt. *Adhuc procedendo, ut Chriftianus cogitare potuit: quod Regiminis Patres procurationem dederint folum ad confentiendum; ut Difcretorum electio aboliretur: conformando fe in hoc* &c. Dicta motiva dediffe, li particula. *Solum*, videntur fe excufare. Cæterum Difcretorum electionis abolitionem impetratam effe, ob motiva dicta, verum eft, & fupra conftat. Ea ergo motiva, vel virtute procurationis factæ, dederunt ipfi RR. Patres, n. 30. fignati: vel ipforum Procurator excedens eorum mandatum: Vel pijffimus Catholicus Rex nofter, motu propio: Vel Pontifex M. in Bullæ narrativa exprimere mandavit; quin ei in fupplicatione fuerint repræfentata. Hoc dici non poteft; quia non eft verum. Similiter falfum eft, quod Rex D. N. illa, propio motu, dederit: Ille folum fibi præfentata motiva, Pontifici M. dare mandavit. Nec verum eft, quod ipforum Procurator, illa dederit, excedens eorum mandatum: quia Procurator in Jure non poteft excedere mandatum fui principalis. Et fi fic fecit: Quare de Bulla, ob dicta motiva impetrata, non fupplicavere; ut poterant? Minimè quidem fecerunt: imo, ut fupra, violenter in exequutione mandavere: & adhuc varijs oppreffionibus, familias volentes fe defendere ab impofturis, indictis motivis, contentis; & à damnis deducendis §. fequenti, per recurfum humilem ad SSm. impediviffe, conftat. Ergo dicti RR. PP. virtute procurationis, dicta dederunt motiva: & propter hæc, fuæ C. Majeftati, & fuæ Sanctitati, reprefentanda, illam concederunt: ergo procurationem dediffe folum ob concenfum, & conformitatem, ab ipfis relatam; non eft verum; fed falfum, quod nemo, ut chriftianus cogitare potuit: nam ad Chriftianos eft, femper cogitare, & verum dicere: & nullo modo falfum.

Tertio, præterea : *Et cum istud sit solida veritas* &c. Quid insuper istud ? sic illud manifestant. *Adhac procedendo, ut Christianus &c.* Progre- 60
diendo, ad ultimum, asserunt : *Aut quod, ob expressa motiva in Bulla* (*qua ita sapè repetit Allegatum*) *quando illam dederint ; discurrere potuit, quod fuit, non propter similium malorum curationem ; sed ob pracautionem. Et cum istud sit veritas solida &c.* Qnare ex ipsorum doctrina, Author Allegati discurrere potuit : quod erat licitum imponere mala, vel defectus falsòs gravissimos, in motivis contentos, Matri Provinciæ, ac ejus filijs, ad præservandam ipsam, & illos, à talibus defectibus. Bonum est præservare aliquem à malo : sed non, propter, hoc, imponendo illi defectus falsos ; quod esset malum. Et secundum Christianorum sententiam : *Non sunt facienda mala ; ut eveniant bona.* Quod ita determinatum est in utroque Jure. (*a*) Esset ne (RR. PP.) bona christianitas ; ut filij ad præservandam matrem suam à turpitudinis vitio ; imponere illi luxuriæ falsi defectus ? Hoc, nec illud Author Allegati ; ut Christianus discurrere potuit : benè vero admirari ; quod RR. PP. Venerandi, scientia, christianitate, & religiositate prædicti, ita, in subjectâ materiâ discurrant. In his propositionibus, ab ipsis prolatis, valdè æquivocati sunt : necnon addendo ; quod Familiarum. Procurator Religiosos fefellerit, & seduxerit. Ille enim veritatem dixit, & demonsttravit clarè, & manifestò : Et veritas manifesta, non est medium ad decipiendum, & seducendum.

(*a*) *Glosa. Non habeo. in cap. Immolans. §. Dona.14.q.5. ubinam utriusque Juris varij allegantur textus.*

Tandem ad nostrum intentum. *Cum istud* (inquiunt) *sit veritas solida*, &c. Quodnam istud ? Ipsi fatentur sic : *Aut quod ob expressa motiva in Bullâ &c. quod fuit non propter simi-* 61
lium malorum curationem ; sed ob pracautionem, &c. Ergo ex ipsorum confessione solida veritas est, nostram Provinciam innocentem, & omnino liberam esse, ab omnibus dictis malis, in motivis, manifestis : cum adhuc (juxta partem adversam) sit veritas solida ; quod illa mo-

tiva non fuerint data ad curationem nostræ Matris Provinciæ: sed ad præcautionem ipsius: ergo veritas solida est, dicta motiva (in quibus tot, & tanta mala, & defectus extant, in materiâ gravissimâ) esse falsa.

62 Probatur ultimo dictorum motivorum falsitas: quia quamquam probationes nn. antecedentibus dictæ, plenariè non probent singulæ; collectæ verò, & adjunctæ, omnes eundem aspiciendo finem, sicut istæ agunt, non possunt non plenè probare. Nam si de adminiculis (quæ per se non probant) dicitur in dispositione Juris (*a*) *Quæ non prosunt singula, multa collecta juvant.* Antecedentes probationes (quæ singulæ per se probant) collectæ & junctæ ad eundem tendentes finem, plenè probabunt; cum desumantur à modo probandi à Jure (*b*) præscripto: ergo, &c. Et hæc de præsentis §. secunda proposita parte.

63 Ad tertiam igitur accedens, in qua: si dicta motiva fuerunt, & sunt in præjudicium tertij; hic (ut promissi) est vertendum: Pro cujus resolutione, dicendum venit: Quod Regis D. N. & Pontificis M. dictis motivis, informatores ab hac nostra Provincia Capucinorum Cathaloniæ; nec non ab ejus filijs innocentibus, honorem, ac famam abstulere, & auferunt in materia gravissa; quodque sequenti manifestabitur demonstratione.

Omne est extra dubium, quod si defectus gravissimi, qui sunt in motivis positis n. 25. falsò quibusdam infligerentur personis, tametsi ordinarijs, ab eis auferrent honorem, atque famam, in materia gravissima: Potiori ratione dicendum esset, si sic Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ, ac ejus filijs imponerentur; cum altioris, ac sublimioris Status sint; quibus omni ratione, dedecor censendus est sensibilior. Verum namque est, informatores, ob Discretorum abolitionem, illa motiva, Regi Catholico, ac Pontifici Maximo, per Regium medium præsentantes, eorum defectus gravissimos Provin-

(*a*) *Glo. Adminicula. in cap. cum causã. de Probat. ubinam varij allegantur textus.*

(*b*) *Ex cap. cum causã. de probat. ex cap. cum ad sedem. de Resti. spo. cap. si testes. §. sæpè. 4. qu. 3.*

ciæ Capucinorum Cathaloniæ, ac ejus filijs imposuisse; sed tamen falsò: ergo, &c. Major patet; dicta ponderando motiva, & textus, quos ibi allegat Torrecilla, ex quorum defectibus, ibi expressis, non utcunque, sed gravissimè infamantur; præciquè relatis n. 17. & n. 23. Prima pars minoris constat, ex nn. 24. 26. & sequentibus, usque ad 32. secunda pars liquidò patet, à num. 46. usque ad 61. ergo, &c.

Et tandem, si notorium relavat ab onore probandi; licet non ab onere proponendi; ut quædam recepta Glosa [a] tenet; ubi varij allegantur textus. Item, cui præsumptio assistit exonerat, ab onere probandi; & obligatio vertitur in contrarium; tenet Jus (b) & docent Rolant (c) & Cravet (d) Igitur notorium cum sit, per probationes antecedentes; quod defectus expressi, in relatis motivis, Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ fuerunt impositi; & falsò: vel saltem per illas præsumitur innocens. Et si parti adversæ; antecedentes displicent probationes: quoniam ergo probare tenetur, quas probationes velit, deducat. Dicant igitur contrarij, à quibus Discretorum electionibus duxerunt principium damna, in Religiosam quietem, in Regulæ, Constitutionumque observantiam, ac in disciplinæ regularis conservationem: Et certè (per Dei misericordiam) non invenient, nisi concordiam, pacem, quietem; necnon, illas, in S. Regulæ, Constitutionum, ac disciplinæ regularis, observantiam exactam, valdè influxisse; quia celebrabantur purè, sanctè, & simpliciter; juxta nostrarum Generalium Constitutionum cap. 8. præscriptum. Ergo dicta motiva esse falsa, evidenter constat; undè dicti informatores, illa imponentes Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ, ac eju s filijs; ab eis auferunt honorem, famam, & existimationem, in re gravissima. 64

Adhuc amplius dedecor continuatur, & vulgarizatur: nam ultra, quod præfatæ Bullæ exequutio, fuit magna cum publicitate facta; relatam Bullam, à Latino idiomate, in Hispani- 65

(a) Glos. Alias causas. in cap. Appellanti. de Appellationibus. ex Clement. Ibi allegantur. Pa. & Imol. hic vide Ja. in l. 2. col. 7. ff. si quis in jus voc. non ierit. Fel. cap. cũ dilecta. de re. co. 16. Font.

(b) L. fin. in princ. ff. quodmet. caus. l. sive nuptura. in fin. ff. de jur. dot. L. sive possidẽtis C. de probat.

(c) Rolant. cons. 49. n. 56. lib. 1.

(d) Cravet. cõs. 60. n. 7.

cum præceperunt traduci; atque impressa vulgariter currit per diversas manus. Et super omnia, allegata Torrecilla Consultatio vulgariter impressa (quæ inter plures Sæculares, ac Ecclesiasticos, hunc divagatur Principatum) addit, atque continuat in honorem augere. Quod dignum, & justum est, à Capucinis Religiosis, hujus Provinciæ, veris filiis ponderari. Nunc est jam ergo præcisum; ut perveniamus, in sequentem §. manifestaturi damna; quæ à dictæ Bullæ praxi, in hac Provinciâ, causantur.

---

§. 3.

Damna, quæ Capucinorum Religioni sequuntur, ex Discretorum conventualium abolitione.

I. DAMNUM.

66 EST autem prædicta abolitio, contra Regulæ Seraphicæ sensum litteralem, cap. 8. contentum: quem 7. Regulæ supponit: nec non, ab his Regulæ capitibus, ac S. P. N. S. Francisci intentione, Allegatum idiomate Castellano impressum, hîc deduci, demonstrat. Sed quia in hac traductione, variæ, & validiores probationes; & ad opposita, responsiones adduntur: claritatis gratia, hoc, in 5. particulas dividam damnum. In 1. contra sensum litteralem (in cap. 8. S. Regulæ contentum) esse demonstrabitur. In 2. Ad opposita respondebitur. In 3. uero: dictam abolitionem (contra jus, quod litteraliter supponit cap. 7. Regulæ) esse ostendetur. In 4. autem manifestabitur; Jus ad dictas electiones concurrendi, à nullo Jure hucusque abrogatum esse; imo à pluribus Decretis, ac consuetudine confirmatum permanere. Quod tandem in 5. ex

dictis Reg. capitibus, & S. P. N. S. Franciſci intentione, clarè deducetur..

I. PARTICVLA.

EST enim contra prædictum ſenſum: cum ex ipſo, conventuales Diſcreti (nempè unus electus, ex qualibet Familia Conventuum Provinciæ) debent eſſe, inter alios, Vocales Capituli Provincialis, ad Miniſtrum eligendum Provincialem: quam propoſitionem, ſequenti demonſtro ſylogiſmo. Fratres R. P. Provincialis (id eſt de ſuâ Provinciâ, vel ejus ſubditi) ſunt convocandi Vocales Capituli Provincialis, ad eligendum M. Provincialem providendum, ex cap. 8. S. Regulæ. Atqui Diſcreti conventuales [unus ſcilicet electus, ex quâlibet Familiâ conventuum Provinciæ] ſunt [inter alios] illi, Provincialis, ſubditi convocandi ad Capitulum Provinciale, Vocales. Ergo ex S. Regulæ ſenſu, illos admittendos eſſe; nec non illorum abolitionem, ei, contrariam eſſe, fatendum eſt. 67

Major oſtenditur, à Regulæ textu [loquendo de Capitulo Provinciali convocando] ita cap. 8. tenente. *Poſt Capitulum verò Pentecoſtes, Miniſtri, & Cuſtodes, poſſint ſinguli, ſi voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno, in ſuis Cuſtodiis, ſemel Fratres ſuos ad Capitulum convocare.*

Ut clarè, & ſine æquivocatione procedat diſcurſus: eſt ſupponendum, prædictam Capituli Provincialis convocationem, Miniſtris Provincialibus, ex vi Regulę facultativam eſſe; ut certum tenendum eſt; quantum ad quampluri-ma occurrentia: non autem quando de Miniſtro Proviciali eſt providendum; quia tunc, ſecundū Regulę ſenſum, eſt neceſſaria. Sic S. Doctor S. Bonaventura [a] ſentire videtur; ſic. *Non negat, qui poſſint etiam Capitula Provincialia alijs annis celebrare; ſed de ipſo ſit ſpecialiter mentio: quia eſt præ cæteris neceſſarium; ut Ordinationes Generalis Capituli, per Capitula Provincialia celeriter publicentur: & ut poſſit de abſolutis Miniſtris Provin-* 68

[a] S. Bonav. ſuper dictum 8. Reg. textū.

cialibus

tialibus provideri. Quod quidem in Clementinâ *Exivi* [*a*] expresse declaratum manet. Nam Clemens V. [in Consilio Viennensi, anno 1311. celebrato] declarans Seraph. Regulę cap. 8. sic [*b*] aït. *Declaramus, statuimus, & ordinamus, in hac Constitutione in perpetuum valitura; ut cum alicui Provincia, de Ministro fuerit providendum; ipsius Ministri electio, penes Capitulum Provinciale resideat.* Ergo, secundum hanc canonicam Regulę declarationem, Ministri Provincialis providendi electio; cum solum in Capitulo Provinciali resideat; ad illum eligendum, illud afortiori requiritur: unde istius Congregatio, ad hunc effectum, est necessaria: non vero Provincialibus facultativa: benè tamen pro alijs rebus: pro ut sonant hęc verba textus. *Possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur.* In hac autem materiâ, post relatam Decretalem, jam nulla est controversia.

69 Seraph. Pater, in textu pręmisso, Provincialibus concessit: *Fratres suos ad Capitulum convocare. Fratres suos*; non alterius Provincialis, vel Provincię; sed cujusvis Provincialis, subditos; ut ipsi [loquendo de electione facienda] suum eligant Prelatum; juxta Juris [*c*] communis dispositionem; quam hîc sequutus fuit S. P. S. Franciscus.

70 Tota difficultas consistit, in principalis argumenti minori; nempè, quod Discreti [scilicet unus electus, ex quâcumque Fomilâ omnium Provinciæ Conventuum] sint [inter alios) isti Fratres subditi convocandi Vocales ad Capitulum Provinciale; quando de Provinciali est providendum. Quam, varijs modis, demonstraturus ingredior. Tum authoritate, & declaratione summorum Pontificum, & Capitulorum Generalium; quibus parendum est. Pontificibus Maximis; propter summam authoritatem [qua fruuntur] interpretandi omnia Jura, quæ à Jure [*d*] Canonico in scrinio pectoris sensentur habere. Capitulis Generalibus: quia illam communicatam à Seraph. Regula habent; ut

[*a*] *Clement. Exivi. de Verb. signific. in* 6.

[*b*] §. *Demum.*

[*c*] *Ex Can. Abbas.* 18. *q.* 2. *& super* §. *Ecce. hoc de Jure cōmuni intelligit ibi Glo. marg. concordāt Can.* 3. *Abbatem cuilibet.* 4. *Abbatem in Monasterio,* 5. *Quam sit.* §. *defuncto, ejusdem* 18. *q.* 2.

[*d*] *cap. licet Romanus. de Constit. in* 6. *C. de testa. L. omnium.*

tenent quatuor [*a*] Magistri, & Pisanus (*b*) Tum etiam ex aliis textibus, & rationibus. His præmissis.

[*a*] 4. *Magistri in* 8. *Reg. apud Frmamentũ trium Ordinum* 4. *part. fol.* 20. *col.* 3. *Impressionis antiquæ.*

71 Probatur 1. authoritate Clementinæ Allegatæ n. 68. sic. Capitulum Provinciale, ad eligendum Ministrum Provincialẽ providendum, est de sensu litterali cap. 8. Seraph. Regulæ; juxta dictam Decretalem; quia ibi declaratum manet, ita. *Declaramus*, &c. *Ut cum alicui Provinciæ, de Ministro fuerit providendum, ipsius Ministri electio, penes Capitulum Provinciale resideat.* Ergo Capitulares, vel Vocales, qui (juxta Pontificis Clementis, istud Regulæ caput declarantis, intentionem) dictum Capitulum Provinciale componere debent; sunt de sensu litterali hujus cap. Regulæ. Cum igitur Pontifex intentos non expresserit; illos esse à Jure, qui tunc temporis, in consuetudine erant: quia expressione omissa, ad consuetudinem recurrendum est, ut quædam recepta Glosa [*c*] tenet: Nam *consuetudo*, in Jure [*d*] *est optima legum interpres*: necnon Legislatoris intentionis. Verum quidem est, quod quando dicta Decretalis expedita fuit, Vocales Capituli ad eligendum Provincialem providendum, qui erant in consuetudine (inter alios) erant Discreti conventuales: constat; quoniam dicta Decretalis facta fuit in Consilio Viennensi, sub anno 1311. Et in Ordine Seraphico, Discretos conventuales, ad Capitulum Provinciale mittendos Vocales, à quacumqua familia conventuum, esse in consuetudine, sub anno 1310. constat num. 93. infra. Unde sine dubio, erant sic similiter, sub anno 1311. alias ipsorum abolitionem, ab anno 1310. usque ad 1311. factam assignent? Nec non, quos Vocales, hic intenderit Pontifex? Et quidquid respiciant, inter alios, invenient Discretos esse, de sensu litterali cap. 8. Regul. secundum dictam Decretalem, quæ apud nos est maximæ authoritatis; tum quia confecta in Concilio Generali; Tum etiam, quia inserta in corpore Juris: Tum tandem; quia inter Regulæ nostræ Pontificias de-

[*b*] *Bortbol. de Pisa, lib.* 1. *conform. in* 8. *Reg. pag.* 125. *Apud R. P. Paulilinum de Beauvais. in sua Apologia. pag.* 100

[*c*] *Glo.* 2. *in Can. Cõsuetudo. dist.* 1.

[*d*] *Cap. cũ dilectus. de consuetudine.*

clarationes, hæc veneratur fidelissima, juxta sensum litteralem Regulæ, & intentionem Fundatoris.

72 Probatur secundo; alia declaratione Generali, & Papali: sed antequam adducatur, ad plenam notitiam: videantur Statuta Papalia, & Generalia in Firmamento 3. Ordinum [a] adducta. Dicuntur Generalia; quia totius Ordinis Fratrum Minorum, quocumque titulo, nuncupatorum, à Capituli Generalissimi authoritate, confecta fuere, anno 1508. ut constat in principio, & fine dictorum Statutorum. Dicuntur Papalia; quia de mandato Julij 2. fuerunt compillata, & composita, ac examinata à Commissariis Apostolicis: Patet in relato Fundamento 3. Ordinum, ante Statutorum initium, in Litteris Protectoris Ordinis, & R. P. Generalis; quibus facta fuit commissio Apostolica. Constat in prologo, ac ipsorum etiam in fine. Deinde preterea; quia ab ipso Julio 2. Fuerunt visa, approbata, & confirmata, anno 1510. sicuti in sua quadam (b) constat Bulla.

[a] *In Firm. 3. part. fol. 1. col. 1.*

(b) *Bulla Julij 2. adducta in Firm. 3. Ord. post finem tractatus summarij privilegiorum.*

73 Dicta enim Statuta Seraph. Regulæ Fratrum Minorum sensum exponunt, procedendo per 12. S. Regulæ capita. Patet in prologi fine, & per totum opus. *Sunt igitur* (ipsorum prologi; ut eisdem verbis utar) *præcipuæ Regulæ declarationes, emersorum quondam, & in dies supervenientium dubiorum, clarè, & succinta decisiones.* Unde dictæ Regulæ declarationes appellantur, Generales, & Papales. Hæc Statuta, Constitutiones, seu Regulæ declarationes; non nova censenda esse; sed (ut asserit Cardinalis Protector, & ad dictorum Statutorum effectum Commissarius Apostolicus) desumpta esse; inquit. *Ex antiquis Statutis, & Constitutionibus, sub varijs temporibus, editis, & promulgatis, consideratis omnibus, considerandis.* Idem ferè habetur propè finem prologi dictorum Statutorum.

74 Dicta ergo Statuta exponentia Regulæ 8. cap. sub *particula 8. de Electionibus Ministrorum Provincialium*; Ita procedunt. *Ordinamus etiam:*

quod ipsi Provinciales Ministri, convocato Provinciali Capitulo à subditis suis, id est (en claram declarationem) *à Fratribus Discretis conventuum, & locorum, & à Custodibus, &c.* Unde in fine particulæ 17. in idem cap. 8. Regulæ, ita habetur. *In Ministrorum autem Provincialium electione vocem habeant; isti videlicet Ministri, Custodes, & omnes Discreti Provinciarum: Guardiani in ipsa electione, vocem non habeant: nisi fuerint electi pro Discreto; vel nisi de mandato Præsidentis, sive Ministri, supleant voces aliquorum vocalium absentium, &c.* Itidem in particula 26. in idem cap. 8. Regulæ, de Capitulo Provinciali; sic disponunt. *Cum Regula dicat: quod Ministri, & Custodes possint in singulis Provinciis, Fratres suos ad Capitulum convocare: Ordinamus; ut singulis Provinciis Capitulum celebretur, juxta quod magis congruit cuilibet Regioni, &c.* Et postea. *Proviso tamen* (prosequuntur) *quod multitudo venientium evitetur. Et ideo nullus Frater à cætero, pro Confessionis officio, ad Provinciale Capitulum mittatur: nisi alias, etiam pro socio Discreti, vel Custodis, vel alia causa mittatur &c.*

Præterea loquendo de modo, & ordine Ele- 75
ctionum conventus (disposito de Scriptore, testibus, sive disquisitoribus, ad electionis scrutinium recipiendum: Emissisque Novitijs, & aliis non conventualibus loci, si ibi fuerint) particula 11. in dictum cap. 8. Reg. ita tenent. *Et primum eligatur Discretus ad Capitulum Provinciale, & etiam Custodiale, si opus fuerit mittendus, &c.* Et paulo post, declaratur, qui de conventu, concurrere possunt, sic. *Et omnes Fratres, tam Laïci, quàm alij, cujuscumque ætatis existant, vocem habeant in electione Discreti, &c.* Insuper in eadem particula, publicationis electionum conventualium forma, ita exponitur. *Ego Frater N. nomine meo, & omnium vestrum, qui mecum consensistis, eligo in Discretum; &c. hujus Venerabilis conventus nostri N. Fratrem N.*

Denique in part. 13. in idem cap. 8. Reg. 76

modus, quo ire debent Discreti conventuales, ad Capitulum Provinciale; vel si opus fuerit ad Custodiale, ita disponitur. *Discreto autem conventus eunti ad Capitulum Provinciale; vel etiam Custodiale, detur littera apperta, nomine totius conventus, ad modum obedientiæ, & commissionis, sub Sigillo conventus, directa Ministro, & cæteris PP. & Fratribus in Capitulo congregatis (vel etiã Custodi, & ejus Discretis) committendo, per hanc, vices suas, ad omnia, quæ erunt in Capitulo, per eosdem tractanda, &c.*

Ergo secundum præmissas Saraph. Regulæ declarationes Generales, & Papales; clarè constat: Quod Discreti (unus scilicet electus, ab omnibus Religiosis, cujuscumque Familiæ omnium Provinciæ Conventuum) sunt (inter alios) illi subditi Provincialis (quos per li *Fratres suos*, nominat Regulæ textus) convocandi Vocales ad Capitulum Provinciale; quando de Ministro Provinciali est providendum. Et per consequens ex litterali Regulæ sensu, sunt admittendi.

77 Deindè idem 3. demonstratur, ex nostris Constitutionibus Generalibus: quæquidem in communi sententia, sunt litteralis nostræ S. Regulæ expositio: nam per 12. capita, exponunt 12 itidem capita, quibus nostra S. constat Regula. In singulis declarantes, id quod Regula continet: quod ex ipsa deducitur: & quod ad ipsius puram observantiam deservit; sicut intuenti manifestè patet. Quando primi nostræ reformationis Patres, illas composuere (nostro Annalista R. P. Zacaria Boverio [a] referente) apparuit Spiritus Sanctus, in formã visibili cujusdam columbæ: necnon quandam revelationem tenentem; dictarum Constitutionum Authorem esse Christum D. N. dictus Boverius, ibi adducit: ac memorabilem approbationem à Pio V. (post ipsarum lectionem & ponderationem) ita tenente: *En Constitutiones à Spiritu Sancto dictatas, quas si quis perfectè observaverit, inter Sanctos referri potest.*

[a] *Bover, sub anno* 1529. *n.* 14.

78 In quarum cap. 8. (in quo S. Regula tractat

de electionibus) disponunt Constitutiones (inter alia (ad nostrum intentum, quæ sequuntur. *Et Capitulo Provinciali intimato, in quolibet Conventu ; unus Frater in Discretum eligatur ; qui cum P. Guardiano ad Capitulum pergat : & Conventus, necnon Fratrum particularium necessitates ad sui curam ferat : sitque vocalis, quemadmodum P. Guardianus.* Insuper quinam possunt, & quomodo concurrere debent, distinctè ordinant. Quibus manifestatur, Discretorum electiones conventuales, esse de sensu cap. 8. Regulæ, quem, allegatæ declarant Constitutiones, tanto Divino influxu compositæ : singulari qualificatione, ut supra, approbatæ à Pio V. diligenti examine, de mandato Urbani VIII. visæ, & ab ipso postea approbatæ ; ut constat in Bulla, quæ incipit : *Sacrosanctum Apostolatus officium, &c.* sub die 19. Junii 1643.

Prædictus S. Regulæ sensus, 4. suadetur : nam (ut habetur in quodam Deffensorio regularis 79
vitæ, apud Firm. 3. Ordinum [a] per diversa Jura, in ipso allegata) electiones Provincialium sunt quid accessorium : Generalis vero electio, est suum principale ; ergo istius naturam, illæ sequuntur ; juxta exioma in Jure [b] admissum. *Accessorium naturam sequitur sui principalis.* Sed Generalis electionis natura, hæc est ; quod illius Vocales sint ministri Provinciales, & Custodes. Teneatque à majoris partis dictorum consensu. Primum constat ex Regulæ textu, cap. 8. de Ministro Generali providendo, loquente sic. *Quo decedente electio successoris, fiat à Ministris Provincialibus, & Custodibus.* Secundum patet ex ipsius cap. sequenti textu. *Etsi aliquo tempore appareat universitati Ministrorum Provincialium & Custodum, prædictum Ministrum non esse sufficientem ad servitium, & communem utilitatem Fratrum, teneantur prædicti Fratres, quibus electio data est in nomine Domini, alium sibi eligere in Custodem.* Hîc enim 4. Magistri [c] declarant terminum Universitatis. *Et secundum Jura, Universitas dicitur major pars.* Ergo respectu totius numeri Vocalium, à

[a] *Apud Firm. 3. Ord. 4. parte, fol. 167. col. 2.*

[b] *l. Cum principalis. 139. l. nihil. 172. §. ult. de Reg. Jur. cap. Cum quid. 39. cap. Accessorium. eod. tit. in 6. vide* Cl. *Prateum, de Regulis generał. Juris, lib. 7. tit. 10. quamplurima jura, ad hoc ibi allegantem.*

[c] *4. Magistri, in 8. Regulæ. Apud Firm. 3. Ord. 4. part. fol. 20. col. 3.*

majoris partis consensu, tenet electio: quod est de ratione electionis Canonicæ. Ministri insuper Provinciales sunt Prælati immediati Generali; ut notum est. Custodes vero, ad Capitulum Generale Vocales mittendi à Vocalibus Capituli Provinialis, in ipso eligi debent (ut disponitur in nostris Constitutionibus cap. 8.) ad quorum primum, Provincialis immediatè transacti defectus; necnon Provinciæ necessitates, ad Capitulum Generale defferre spectat. Quapropter benè docet Murcia [a] illos ad Capitulum Generale, nomine Provinciæ pergere, à qua mittuntur; quam (ut constat) repræsentant. Nec quantum ad hoc, in Ordinis Historijs, antiquitus aliqua substantialis apparet variatio; licèt fuerit, quantum ad numerum mittendorum; & ad ordinem eligendorum.

[a] *R. P. Leander à Murcia, cap. 6. in cap. 4. S. Regulæ.*

80 Undè ex vi Regulæ Generalis Ministri electio spectat ad Prælatos ipsi immediatè subjectos (qui sunt Provinciales) & ad Custodes à Capitulis Provincialibus Provinciarum electos, illas repræsentantes, quarum nomine mittuntur. Ita similiter Provincialis electio: ut sequatur naturam sui Principalis, debet fieri à vocalibus: Quorum quidam sint Prælati immediatè subjecti Provinciali. Qui (ex vi Regulæ) erant Custodes antiquitus: nunc autem apud nos, secundum nostras Constitutiones, debent esse Guardiani] Quidam autem electi à Capitulis localibus, vel conventualibus cujuscumque Provinciæ; illa, vel conventus repræsentantes, quorum nomine mittuntur. Isti non possunt esse, nisi Discreti electi, à quacumque familia omnium conventuum totius Provinciæ; ut dictum est n. 75. & 76. Alias assignate. Insuper, sicut Generalis Ministri electio, tenet à Majoris partis consensu, numeri suorum vocalium: Ita similiter, servatis servandis, de electione Ministri Provincialis, dicendum est.

81 Dixi: Quod Custodes, ex vi Regulæ, erant Prælati immediatè subjecti Provinciali: quia sic, antiquitus, ex vi Regulæ observabatur: Guardia-

ni autem non erant Prælati immediatè subjecti Provinciali; sed mediatè: Immediatè verò custodi suæ Custodiæ. Unde per se non habebant votum in Capitulo Provinciali: sicut dictum est n. 74. Tamen nunc Custodum jurisdictionem, quasi extinctam videmus; Ita ut, quod apud nos, non sunt Prælati actualiter, vel in exercitio (nisi in casibus dispositis à Constitutione] sed habitualiter: sunt enim subjecti suis Guardianis: Guardiani autem sunt Prælati immediatè subjecti Provinciali. Unde apud nos, juxta nostras constitutiones, in ordine ad esse vocales Capituli Provincialis; dicendum est de Guardianis, quod de Custodibus antiquitus, dictum Manet; esse nempe per se vacales: Hoc nostra Constitutio disposuit, & Urbanus 8. confirmavit.

[a] Cl. Prateus, de Regulis general. Iuris lib. 3. cap. 2.

82 Confirmatur deductum, n. 80. Nam omnia regulariter disponenda sunt, à quo sumpsere principium; ut in via Juris ex can. *Rogamus* 24. q. 1. insignis J. C. Prateus (*a*) eruditè docet: Atqui Ministrorum Provincialium electionem, ab electione Ministri Generalis principium sumpsere apparet: quia illam accessoriam; istam verò principalem esse supra ostendimus: ergo ab electione Generalis Ministri (consideratis, considerandis) Ministri Provincialis electio, disponenda est: & per consequens, &c.

83 Probatur 5. illa principalis minor, ex Regulæ textu, de Capitulo Provinciali loquente; n. 67. præmisso: Ubinam Ministris Provincialibus concedit: *Fratres suos ad Capitulum convocare.* Hanc convocationem (quando de Ministro Provinciali est providendum) non esse Provincialibus facultativam; jam supra ex, n. 68. satis constat. Nec itidem Capituli Provincialis celebrandi, ad Provincialem eligendum; ipsis facultativum est, convocare vocales, quos voluerint: Benè Provincialibus seraphica concessit Regula *ad Capitulum convocare*: sed convocandos indefinitè sic declarat; nempè: *Fratres suos*; idest subditos suos. Non dicit *Fratres suos*, quos voluerint. Nec dicit; *Fratres suos*; seu subditos

suos

ſuos, Exprovinciales, ſcilicet Diffinitores, Exdiffinitores, Cuſtodes, Excuſtodes, Guardianos, Exguardianos, Lectores, Exlectores, Predicatores, Sacerdotes, Clericos, vel Laïcos; ſed indefinitè, *Fratres ſuos*, ſeu ſubditos ſuos. Ergo hæc indefinita loquutio (ſecundum logicos) æquipollet univerſali; Quodque utrumque admittit Jus; *quia quod indefinitè dicitur generaliter eſt intelligendum*; Ut in via utriuſque Juris benè obſervavit (*a*) Prateus. Quapropter hæc Regulæ generalis loquutio; nemprè *Fratres ſuos*; ſeu ſubditos ſuos, &c. in favorem omnium, ſive Sacerdotum, ſive Clericorum, ſive Laïcorum, referenda eſt. Tum quia in Jure (*b*) *Adjectiva referuntur ad omnia, quibus poſſunt adaptari; niſi per propria aliter reſtringantur.* At li Adjectivum *ſuos*, adaptari benè poteſt omnibus Provinciæ Sacerdotibus, Clericis, & Laïcis; quia omnes ſunt Fratres ſubditi Provincialis. Ergo ad omnes refertur; cum nulla per propria ſit reſtrictio; niſi prout infra n. 85. & 86. Tum quia li *Fratres ſuos*, ut ſupra, generaliter prolatum eſt; ergo in Jure (*c*) generaliter intelligi debet de omnibus Religioſis, cujuſcumque ſtatus, cujuſcumque Provinciæ. Igitur omnes dicti religioſi, ex S. Regula, concurrendi ſunt Vocales, ad Capitulum Provinciale celebrandum; præcipuè, quando de Miniſtro Provinciali eſt providendum (de quo nunc tractatur) quia (præter rationes concurrendi omnes ad Capitula Provincialia, ſecundum Regulam Miniſtris facultativa) tunc particularis extat ratio; ut ex dictis, & dicendis manifeſtè patebit.

84 Omnes dicti convocandi ſunt Vocales: Non omnes immediatè; ſed omnes, ſive immediatè, ſive mediatè: quia ſic omnes ex Regulâ jus habent. Quas partes declarabo, ſimul & Probabo. Omnes dicti convocandi ſunt, &c. Tum ex dictis: Tum quia in Jure. (*d*) *Verba cum effectu ſubſequentia. in cap. Nulli. de electione. lib. 6. De Clericis non reſidentibus. cap. Relatum. ff. quod quiſque. Jur. l. 1.*

[*a*] *Prateus de Reg. gener. Jur. lib. 3. c. 5. ex l. Si ita relictum. l. Si pluribus. de leg. 2. l. Si plures. de leg. 3. l. Quidă hæredĕ. Ubinam quam plurimas adducit allegationes.*

[*b*] *l. fin. §. fin. de tritico, vino & oleo leg. apud Prat. lib. 2. c. 5.*

[*c*] *vulgata. l. de pratio. de Publicia. l. 1. §. generaliter. de legat. praſt. l. quiſque. §. parentĕ. de in jus voc. l. 2. §. homines. apud Prat. lib. 2. c. 2.*

[*d*] *Glo.*

sunt inteligenda: quod ex diversis utriusque Juris textibus, & Glosis latè probant (*a*) Daoyz. & (*b*) Prateus. Li autem *Fratres suos*, seu subditos suos: cum generaliter (ut supra) in favorem omnium dictorum Religiosorum referantur; ut cum effectu intelligantur afortiori; ut notum est, debent omnes, aliquo modo concurrere ad Capitulum Provinciale celebrandum.

85 Sed non omnes immediatè; idest non debent omnes personaliter accedere vocales ad Capitulum: quia, licet li Adjectivum *suos* textus, in via Juris (ut supra n. 83. dictum est) ad omnes Sacerdotes, Clericos, & Laicos, refertum intelligatur: hoc tamen est (sicut notatur in Regulâ Juris) *nisi per propria aliter restringatur*. Illius enim adjectivi *suos*, per Ministri Generalis electionem (Regulæ cap. 8. expresse declaratam; utique per suum principale) Ministri Provincialis electio, illius (ut supra nn. 79. 80. & 82.) accessoria; restringitur ad Vocales, qui sint Prælati immediatè subjecti Provincialibus: & ad alios qui concurrant nomine proprio, & nomine omnium, à quibus eliguntur, & mittuntur. Quia accessorium sequens naturam sui principalis, restringitur per ipsius naturam. Ergo non omnes immediatè accedere debent ad Capitulum, Vocales. Ratio est; quia Jure [*c*] *loquutio generalis per specificata restringitur*. Unde ad Vocalium Generalem electurorum specificationem; debent à simili vocales restringi, qui Provincialem eligere debent. Tum etiam ex Regulæ Juris [*d*] nempè: *Sermo generaliter prolatus restringitur, ex verisimilitudine, juxta voluntatem proferentium*. Non enim est verisimile, Seraph. Patrem, illam generalitatem, significatam per li *suos*, extendi velle ad omnes immediatè: quia si sic tempore Capituli deberent omnes Religiosi relinquere Conventus: & exinde istud, & alia quamplurima absurda sequi. Ab omni dispositione, in Jure (*e*) rejicienda. Necnon cautum (*f*) quod, *in omni dispositione, vel actu interpratatio fieri debet, ut absurditas*

(*a*) Daoyz, *dictione* verbum. *n.* 1. & 9.

(*b*) *Prateus lib. 2. c. 5.*

(*c*) *l. cohæredi. §. qui patrem. de Vulgari. l. Legatorũ. §. fi. de lega. 2. l. Uxorem §. felicissimè. de leg. 3.*

(*d*) *l. Titius. §. Lucius Titius. de lib. & post. l. 3. C. de inoff. testa.*

(*e*) *l. Nã absurdũ. de bon. liber. l. 1. §. unde quæritur. de publica.*

(*f*) *Ut supra, & l. fi. in princ. C. de usur. rei judi. & l. diversio. somet.*

evitetur. Ergo dicti Religiosi non omnes immediatè accedere debent ad Capitulum Provinciale Vocales.

86 Benè verò omnes sive immediatè; sive mediatè. Siquidem probatum remanet, n. 84. omnes aliquo modo debere concurrere Vocales: non omnes immediatè, ut n. 85. ergo omnes, sive immediatè (scilicet omnes, qui personaliter Vocales accedunt ad Capitulum) sive mediatè; id est medio aliquorum Religiosorum (qui Discreti vocantur) à Familiis conventuum electorum, & ad hoc specialiter deputatorum; ut non solum nomine proprio; verumetiam nomine omnium dictorum, vota ad Capitulum deferant: & in ipso, ad omnia tractanda, gerant vices. Sicut enim Custodes, non solum nomine proprio; verum etiam Provinciarum, à quibus eliguntur, & mittuntur; deferunt vota ad Capitulum Generale: & in ipso, ad omnia agenda gerunt vices. Quod suadetur 1. ex dictis. 2. ex hac Juris (*a*) Regula; scilicet: *Verba quoque intelligenda sunt, in meliorem sensum, ut aliquid operentur.* Generalitas significata, per li *Fratres suos*; ut est explicata, est secundum meliorem sensum; ut aliquid operentur. Tum quia, *Generalis loquutio* (in [*b*] Jure) *ad ea de quibus est specialiter actum, seu verisimiliter cogitatum, extenditur.* Ergo Generalitas importata per li *Fratres suos*, extendenda est, & declaranda, per præscriptum de Capitulo Generali; de quo cap. 8. tanquam de principali specialiter actum est; de Capitulo Provinciali autem postea, ut de accessorio: cui illam specificatam dispositionem perseverare præsumitur; cum sit sub eadem qualitate electionis. Nam Jure [*c*] disponente. *Perseverantia semper præsumitur in eadem qualitate.* Tum etiam quia cap. 8. Regulæ Seraph. expresse disponitur de Capitulo Generali celebrando, & de his, qui concurrere debent; ergo cum in eodem capite, Capituli Provincialis celebrandi, continuetur dispositio: licet de his, qui concurrere possunt, sub gene-

(*a*) *l. Si quando. de leg. 1. l. 1. in fin. ad municip. Socynus. Reg. 535.*

(*b*) *l. 2. C. de judic. l. jubemus. C. ad Velleian.*

(*c*) *Baldus in l. Ex persona C. de probat. Innocent. in cap. Proposuit. de Clerico excommu. Apud Prateum de Reg. jur. lib. 6. tit. 5. c. 1.*

ralitate significata per li, *Fratres suos*, præscribatur; ex Jure (*a*) *continuatio debet fieri ad præcedentia.* Hoc vero (loquendo de Discretis, de quibus est quæstio) à S. P. N. Francisco fuisse verisimiliter cogitatum: Clementina, nec non Generales, ac Papales supra positæ declarationes, & nostræ Constitutiones manifestò declarant: cætera deducta, & deducenda confirmant: ac perpetua consuetudo, in sequentibus demonstranda, valde ratificat.

87 Dictos conventuales Discretos esse de litterali sensu cap. 8. Seraph. Regulæ, ex deductis, usque nunc liquido constat; tamen ad tollendam omnem dubitationem, expræssionem dictorum, lege omittente, recurrendum est ad consuetudinem; ut quædam recepta asserit (*b*) Glosa. Ratio est; quia *Consuetudo* (secundum utrumque (*c*) Jus) *legem interpratatur.* Et adhuc expresse tenet; quod *consuetudo est optima legum* (*d*) *interpres.* Hoc præcipuè ab omnibus admittitur, quando consuetudo est antiqua, & immemorialis, quam in favorem dictorum Discretorum, à nunc temporis, usque ad fundationem Ordinis Seraphici, ascendendo, sic demonstrabo.

88 *Ab anno 1701 usque ad 1525 vel circa.*

Imprimis à nunc temporis; scilicet ab anno currenti 1701. usque ad annum 1525. (in quo attestantibus Ordinis historijs; signanter apud libellum nostræ S. Regulæ in principio. De principiis, & progressu Religionis S. P. N. Francisci pag. 3. nostra Capucinorum reformatio incoavit) dicti Discreti conventuales, ad Capitulum Provinciale, mittendi vocales; à quacumque familia omnium conventuum cujuscumque Provinciæ, fuerunt semper in praxi à primo Capitulo Provinciali celebrato, sine ulla variatione; nisi pro ut dicetur,

(*a*) *l. 2. de statu homi. l. cum Lanionis. §. assinam. de fundo instructo. l. cōtinuus. de verb. obli.*

(*b*) *Glo. 2. in can. consuetudo. dist. 1.*

(*c*) *Glo. pen. in cap. olim. 16. de verb. signif. Glo. secūdū. in can. Erit autem lex. dist. 4. Allegat. ff. de legibus. l. cū de cōsuetudine. & l. si, de interpretatione. Glo. fi. in can. Utinā. dist. 76. Allegat. ff. de verb. signif. l. anniculus. Glo. in can. sicut 11 q. 1.*

(*d*) *cap. cū dilectus. de consuetudine. & ibi Glo. interpres. Allegat. ff. de leg. & Constit. princ. l. de interpretatione. Glo. ultra duas. in cap. Nonnulli. de Rescriptis. Glo. quā cōsuetudo, in c. caterū. de test. cogēd.*

n. 161. juxta expressè dispositum in cap. 8. Constitutionum Generalium nostri Ordinis Capucinorum ; ut est videndum n. 78. Quas Constitutiones compilatas fuisse anno 1529. & auctas 1536. noster Annalita Boverius, sub dictis refert annis.

89 Nec dictos Discretos conventuales ad Capitulum Provinciale vocales mittendos, exordium sumpsisse à nostra Capucinorum reformatione ; evidens est : quia ante illam, apud RR. PP. Regularis Observantiæ, jam erant in praxi : nam referente Emanuele Roderico (a) anno 1517. Leo decimus, ipsorum Discretos, Custodes censendos esse secundum Regulam, declaravit. Loquitur de Discretis Discretorum, qui (juxta praxim tunc Religionis Seraphicæ) eligebantur à Discretis electis à quacumque familia omnium conventuum cujuscumque Provinciæ : & à Custodibus Provinciæ, in Capitulo Provinciali : quorum nomine ad Capitulum Generale vocales mittebantur, ipsorum vices gerentes, ad omnia agenda, in Capitulo Generali. Patet in Statutis Generalibus, & Papalibus (b) Ergo Leonis 10. dicta declaratio supponit, pro tunc Discretos conventuales fuisse in praxi, apud Observantes. Verum, & erant in tota Seraph. Religione : Tum ex allegatis Statutis, sub Julio 2. quæ fuerunt pro tota Religione ; ut in ipsis est videndum. Tum quia in ipsis declaratum fuit : Discretos relatos esse de sensu cap. 8. Reg. sic : Repeto verba jam deducta n. 74. *Ordinamus etiam, quod ipsi Provinciales Ministri, convocato Provinciali Capitulo à subditis suis ; idest à Fratribus Discretis conventuum, & locorum, & à Custodibus*, &c. Vide supra à n. 72. usque ad 76. Fuit hæc declaratio anno 1508. & roborata particulari Bulla Julij 2. anno 1510. ut supra n. 72.

Anno 1517.

Anno 1508 & 1510

90 Hanc generalem, ac Pontificiam declarationem, & alias (in ipsis Statutis expressas) novas judicandas non esse : sed ab anti-

(a) Rodericus in Bullario tom. 1. in Bulla unionis Leonis X. n. 6. pag. 289.

(b) in Statut. Gener. & Papal. part. 13. in cap. 8. Reg. Apud Firmam. 3. Ord. 3. part. fol. 31. col. 2. Et part. 41. fol. 36. col. 2.

quioribus deductas n. 73. notatum est. Unde in Capitulo Generali Assissij celebrato, sub anno 1430. Constitutiones de mandato Martini 5. confectas; inde Martinianas apellatas (inter alios Capituli vocales) Discreti illas admisserunt, tam nominibus suis proprijs, quàm Conventuum suorum, quorum vices gerebant. Sic (apud Firmam. 3. Ord. (a) Cardinalis attestatur Legatus. *Post quarumquidem Constitutionum, reformationum, & Ordinationum publicationem, & lecturam; omnes, & singuli Ministri, Custodes Custodum, Discreti, & alii dicto Capitulo existentes; tam nominibus suis propriis, quàm suorum conventuum & Fratrum præsentium, & futurorum dictis Constitutionibus, &c. libenter, & spontè, sine contradictione aliqua, in pleno Capitulo acquieverunt.*

Anno 1430

(a) Apud Firm. 3. Ord. 4. part. fol. 180. col. 3.

Istos Discretos (de quibus hìc fit mentio) esse Discretos Discretorum; patet: quia illi tunc erant in praxi accedendi Vocales ad Capitulum Generale, nomine Discretorum Conventualium, & Provinciæ Custodum, à quibus in Capitulo Provinciali eligebantur, & mittebantur; sicut n. 89. dictum est. Undè mediante commissione, quam accipiebant à Discretis conventualibus, à quibus eligebantur (ut est videndum in relatis Statutis Generalibus, & Papalibus) repræsentabant Conventus, quorum nomine poterant assentire; vel dissentire, his omnibus, quæ in Generali tractabantur Capitulo, Ergo liquido constat, quod sub anno 1430. Discreti conventuales erant in praxi.

Sub anno 1430

91 Insuper ac etiam, sub anno 1414. Constat, ex Concilio Constantiensi, à quo RR. PP. Regularis Observantiæ, in exordio suæ inceptæ reformationis. Ut ne hæc impediretur; Et ipsi à RR. PP. Conventualibus, ne molestarentur, patrocinium imploravere: Quod feliciter consequuti fuerunt: necnon ipsi reformati, eligendi Vicarios Provinciales, & Vicarium Generalem, ex ipsis re-

Sub anno 1414.

formatis à Concilio facultatem obtinuerunt; ut latè constat (a) in decreto sess. 19. ad hoc specialiter expedito. Constantiæ, 9. Kalendas Octobris anno 1414. Quodquidem Decretum à Martino 5. (qui in dicto Concilio electus fuit in Papam, anno 1417.) nonis Maij sui Pontificatus, anno 3. Confirmatum fuit: Asserit Emanuel [b] Rodericus. Ac etiam postea Basileæ 6. nonas Octobris anno 1435. à Sacro Basiliensi Concilio; cujus Decretum refert (c) Rodericus. In quo autem Decreto; loquendo de electione Vicarij Provincialis facienda, pro quacumque Provinciâ; Hæc habentur verba. *possint, & valeant quilibet in sua Provincia eligere, de prædicta stricta Observantia, unum Fratrem idoneum, &c.* Decernens tamen Sacrum Concilium, de Vicario Generali providendo, sic disponit. *Qui quidem Vicarii hujusmodi Provinciarum possint & debeant, una cum Fratribus Discretis, sibi subditis: Forma solita in electionibus Ordinis servata; in simili eligere inter se alium Fratrem, ad hoc sufficientem & idoneum, pro eorundem Vicariorum correctione, & totius hujus strictæ Observantiæ, in prædictis Provinciis, meliori regimine, &c.* Discreti, quibus cum Vicariis Provincialibus, Sacrum commisit Concilium electio Vicarij Gneralis: sine dubio erant Discreti Discretorum. de quibus nn. 89. & 90. actum est: Nam etsi apud RR. PP. Observantes fuerint in praxi alij Discreti; ut infra n. 95. Tamen nulli alij accedebant ad Capitulum Generale, Vocales, sub præcisè nomine Discreti; nisi Discreti Discretorum electi in Capitulo Provinciali (ut supra) à Discretis conventualibus. Ergo istos in praxi, sub anno 1414. jam fuisse, supponebat Concilium, in Religione Seraphicâ.

92 Quem sensum RR. PP. Observantes tenuere; & constat: Nam virtute dicti Decreti Concilij Constantiensis (affirmante (d) Miranda (in suo celebrarunt exordio, sua Capitula Provincialia, & Generalia, ad effectum eligendi suos superiores (à Concilio concessos) sive Provinciales,

[a] *tom. 3. Conciliorum sess. 19. Cōcil. Cōstāt. pag. 859.*

[b] *Roderic. tom. 1. Bullar. pag. 72.*

[c] *Roder. tom. eod. pag. 71. & 72.*

[d] *Mirāda in Man. Prælat. tom. 2. q. 22. art. 2. clo. 1. Et eod. tom. q. 18. art. 1. 3. notando.*

five Generales: fuit tamen concessio, cum sequentis clausulæ expressa conditione, nempè: *Forma solita in electionibus Ordinis, servata.* Constat supra. Ergo manifestum est, illam formam (quam in exordio servaverunt) fuisse solitam, & antiquam Ordinis Seraphici: at constat, quod in exordio (loquendo de concesso superiore Provinciali) obsrvavere, illum scilicet eligi, à vocalibus Capituli Provincialis: qui erant nempè; ex quolibet conventu, ipsius Guardianus, & unus Discretus à Fratribus electus. Ita Miranda supra allegatus; cujus verba sunt hæc. *Quod, & ipsi, ab eo tempore* [exordij scilicet reformationis RR. PP. Regularis observantiæ] *fecerunt, & statutis temporibus supradicti Vicarij Provinciales celebrabant etiam sua Comitia Provincialia, ad qua, ex quolibet conventu, conveniebat ipsius Guardianus, & unus Discretus à Fratribus electus.* Ergo hæc judicanda est, pro forma solita, & antiqua, in electionibus Ordinis Seraphici, quam observandam à RR. PP. Regularis Observantiæ, in suis electionibus superioris Provincialis, decrevit Concilium. Quam formam servaverunt, non solum usque ad nostram Capucinorum reformationem, jam propagatam, & per orbem terrarum extensam: Verum etiam (apud ipsos) usus Discretorum à à Sacra Congregatione restitutus reperitur, sub anno 1645. infra n. 99. à Capucinorum reformationis exordio, annis 120. elapsis.

Dictorum conventualium Discretorum consuetudo in Ord. Seraphico sub anno 1414. erat antiqua: Et benè quoniam in antiquis Ordinationibus (*a*) factis per Generalem Ministrum Reverendissimum P. Gondisalvum Hispanum, de consensu Capituli Generalis, Paduæ celebrati, anno Domini 1310. Inter alia, quosdam conventuum excessus, ab ipsis auferendos esse; statutum fuit Et in casu contrafactionis, aut impedimenti præstationis (etiam per extrinsecas personas) ut non amoverentur, ab aliquo Conventu, ipsam; in 93

Sub anno 1310.

(*a*) *Antiqua Ordinationes. apud Firm. 3. Ord. 1. part. fol. 25. pag. 2. col. 1.*

quodam

quodam §. privant potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale. Et in sequenti §. dictam ampliant pœnam, thenore sequenti.

Item, quod si per extrinsecas personas præstetur impedimentum amotioni prædictorum excessuum, locum suum, sive conventum, in quo fuerint, priment studio, & potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale.

Item, quod pro illo loco, vel conventu nullus sit Vocalis in ipso Capitulo; Et utraque privatio tamdiu remaneat, quamdiu remanebunt præfati excessus. Hæ Ordinationes, idiomate Castellano, inveniuntur in Chronicis (*a*) antiquis. Modo sic: cum ab anno 1310. dictæ ordinationes, in pœnam excessuum, in quocumque Commissorum conventu, illum privarent potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale: clarè sequitur, dictam potestatem mittendi Discretum Vocalem ad Capitulum Provinciale, in conventibus fuisse in praxi, ante annum 1310. unde dictos conventuales Discretos antiquiores supponunt.

Ante 1310

94 Usus Discretorum in Ordine Seraph. fuit antè annum 1279. siquidem, eo tempore, illi, qui cum Ministris, de parte Capituli Generalis, fuerunt missi ad Pontificem Summum Nicolaum III. vocati sunt Discreti. Habetur in Firmamento (*b*) 3. Ord. his verbis. *Proposuerunt dicti Ministri & Discreti, de parte Generalis Capituli, si placebat Sanctitati suæ dare Ordini aliquem Cardinalem Protectorem, &c.* Discretos præmemoratos, non intelligo fuisse conventuales, ad Capitulum Provinciale, à conventibus mittendos Vocales: benè vero Discretos Discretorum; & cum fundamento: quia dicti Discreti, ad Nicolaum 3. missi fuerunt de parte Capituli Generalis: ergo cum fundamento inferri potest, illos fuisse de corpore Capituli Generalis: quia similes functiones, nomine Capituli Generalis, ab ipso Capitulo committuntur Vocalibus Capituli; ut

Ante annũ 1279

(*a*) 2. part. lib. 6. cap. 19.

[*b*] in Firm. 3. Ord. 1. part. fol. 29. col. 4.

ratio dictat, & praxis confirmat. Igitur illos fuisse Discretos Discretorum; qui [inter Discretorum diversitatem, apud Observantes, observatam] soli (sub speciali titulo Discreti) erant de corpore Capituli, ac ipsius Vocales. Unde cum hi eligerentur à Discretis conventualibus; ut supra n. 89. & 90. istos, in Religione [ante annum 1279.) supponebant esse in praxi.

Nec obstat, apud RR. PP. Observantes practicatum; nempè, quod Exgenerales, & Diffinitores Generales vocantur [referente [a] Miranda] Discreti totius Ordinis. Undè isti forsitan, dices, fuerunt missi ad Nicolaum 3. Non obstat, inquam, quia hæc consuetudo talium Discretorum, fuit apud Observantes: Non tamen in principiis Ordinis Seraph. nec post circa annum 1279. talem usum in historiis, & Ordinis antiquitatibus [quas omni cura, qua potui examinavi] invenire potui. Constat benè in Chronicis [b] antiquis Ordinis, in Capitulo Generali, præsente Gregorio IX. Romæ celebrato sub anno 1239. ordinatum fuisse: quod in Capitulis Generalibus essent Diffinitores; sed nec ibi, nec alibi usque in annum 1279. nec postea ab annis multis, invenitur, quod vocarentur Discreti; nec similiter Exgenerales. Ergo cum fundamento inferri potest, Discretos dictos missos ad Nicolaum III. fuisse Discretos Discretorum. 95

Et suadetur: quia istorum usum, creditur, ocasionatum fuisse, à reductione Custodum, ad Capitulum Generale mittendorum, facta à Gregorio 9. assumpto ad summum Pontificatum, anno 1227. ut habetur in Firmamento (c) 3. Ordinum. A S. P. N. S. Francisci transitu, unico (d) solum anno elapso. Quiquidem Gregorius Seraph. Reg. exponens cap. 8. (inquo electio Generalis Ministri, Ministris Provincialibus, & Custodibus committitur) Per hanc rationem, nempè. *Ut omnia cum majori tranquilitate tractentur*; declarat (apud Firmamentum, [e] 3. Ord. sic: *Taliter respondemus*; *ut singula-* 96

[a] *Mirāda in Man. Prælat. tom. 2. q. 22. art. 1. in princ.*

(b) *2. part. Chron. antiq. lib. 1. cap. 10.*

[c] *In Fir. 3 Ord. part. 2. in principio.*

[d] *1. par. Chron. l. 2. cap. 70.*

(e) *In Fir. 3. Ord. 4. parte.*

quodam §. privant potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale. Et in sequenti §. dictam ampliant pœnam, thenore sequenti.

Item, quod si per extrinsecas personas præstetur impedimentum amotioni prædictorum excessuum, locum suum, sive conventum, in quo fuerint, privent studio, & potestate mittendi Discretum ad Cepitulum Provinciale.

Item, quod pro illo loco, vel conventu nullus sit Vocalis in ipso Capitulo; Et utraque privatio tamdiu remaneat, quamdiu remanebunt præfati excessus. Hæ Ordinationes, idiomate Castellano, inveniuntur in Chronicis (*a*) antiquis. Modo sic: cum ab anno 1310. dictæ ordinationes, in pœnam excessuum, in quocumque Commissorum conventu, illum privarent potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale: clarè sequitur, dictam potestatem mittendi Discretum Vocalem ad Capitulum Provinciale, in conventibus fuisse in praxi, ante annum 1310. unde dictos conventuales Discretos antiquiores supponunt.

Ante 1310

94 Usus Discretorum in Ordine Seraph. fuit ante annum 1279. siquidem, eo tempore, illi, qui cum Ministris, de parte Capituli Generalis, fuerunt missi ad Pontificem Summum Nicolaum III. vocati sunt Discreti. Habetur in Firmamento (*b*) 3. Ord. his verbis. *Proposuerunt dicti Ministri, & Discreti, de parte Generalis Capituli, si placebat Sanctitati suæ dare Ordini aliquem Cardinalem Protectorem, &c.* Discretos præmemoratos, non intelligo fuisse conventuales, ad Capitulum Provinciale, à conventibus mittendos Vocales: benè vero Discretos Discretorum; & cum fundamento: quia dicti Discreti, ad Nicolaum 3. missi fuerunt de parte Capituli Generalis: ergo cum fundamento inferri potest, illos fuisse de corpore Capituli Generalis: quia similes functiones, nomine Capituli Generalis, ab ipso Capitulo committuntur Vocalibus Capituli; ut

Ante annũ 1279

(*a*) 2. *part. lib.* 6. *cap.* 19.

[*b*] *in Firm.* 3. *Ord.* 1. *part. fol.* 29. *col.* 4.

sunt inteligenda: quod ex diversis utriusque Juris textibus, & Glosis latè probant (*a*) Daoyz, & (*b*) Prateus. Li autem *Fratres suos*, seu subditos suos: cum generaliter (ut supra) in favorem omnium dictorum Religiosorum referantur; ut cum effectu intelligantur afortiori; ut notum est, debent omnes, aliquo modo concurrere ad Capitulum Provinciale celebrandum.

Sed non omnes immediatè; idest non debent omnes personaliter accedere vocales ad Capi- 85
tulum: quia, licet li Adjectivum *suos* textus, in via Juris (ut supra n. 83. dictum est) ad omnes Sacerdotes, Clericos, & Laicos, referrum intelligatur: hoc tamen est (sicut notatur in Regulâ Juris) *nisi per propria aliter restringatur*. Illius enim adjectivi *suos*, per Ministri Generalis electionem (Regulæ cap. 8. expresse declaratam; utique per suum principale) Ministri Provincialis electio, illius (ut supra nn. 79. 80. & 82.) accessoria; restringitur ad Vocales, qui sint Prælati immediatè subjecti Provincialibus: & ad alios qui concurrant nomine proprio, & nomine omnium, à quibus eliguntur, & mittuntur. Quia accessorium sequens naturam sui principalis, restringitur per ipsius naturam. Ergo non omnes immediatè accedere debent ad Capitulum, Vocales. Ratio est; quia Jure [*c*] *loquutio generalis per specificata restringitur.* Unde ad Vocalium Generalem electurorum specificationem; debent à simili vocales restringi, qui Provincialem eligere debent. Tum etiam ex Regulæ Juris [*d*] nempè: *Sermo generaliter prolatus restringitur, ex verisimilitudine, juxta voluntatem proferentium.* Non enim est verisimile, Seraph. Patrem, illam generalitatem, significatam per li *suos*, extendi velle ad omnes immediatè: quia si sic tempore Capituli deberent omnes Religiosi relinquere Conventus: & exinde istud, & alia quamplurima absurda sequi. Ab omni dispositione, in Jure (*e*) rejicienda. Necnon cautum (*f*) quod, *in omni dispositione, vel actu interpratatio fieri debet, ut absurditas*

(*a*) *Daoyz, dictione* verbum. *n.* 1. & 9.

(*b*) *Prateus lib.* 2. *c.* 5.

(*c*) *l. cohæredi.* §. *qui patrem. de Vulgari. l. Legatorũ.* §. *fi. de leg.* 2. *l. Uxorem* §. *felicissime. de leg.* 3.

(*d*) *l. Titius.* §. *Lucius Titius. de lib. & post. l.* 3. *C. de inoff. testa.*

(*e*) *l. Nã absurdũ. de bon. liber. l.* 1. §. *unde quæritur. de publica.*

(*f*) *Ut supra, & l. fi. in princ. C. de usur. rei judi. & l. diversio. somet.*

evitetur. Ergo dicti Religiosi non omnes immediatè accedere debent ad Capitulum Provinciale Vocales.

86 Benè verò omnes sive immediatè; sive mediatè. Siquidem probatum remanet, n. 84. omnes aliquo modo debere concurrere Vocales: non omnes immediatè, ut n. 85. ergo omnes, sive immediatè (scilicet omnes, qui personaliter Vocales accedunt ad Capitulum) sive mediatè; id est medio aliquorum Religiosorum (qui Discreti vocantur) à Familiis conventuum electorum, & ad hoc specialiter deputatorum; ut non solum nomine proprio; verumetiam nomine omnium dictorum, vota ad Capitulum deferant: & in ipso, ad omnia tractanda, gerant vices. Sicut enim Custodes, non solum nomine proprio; verum etiam Provinciarum, à quibus eliguntur, & mittuntur; deferunt vota ad Capitulum Generale: & in ipso, ad omnia agenda gerunt vices. Quod suadetur 1. ex dictis. 2. ex hac Juris (*a*) Regula; scilicet: *Verba quoque intelligenda sunt, in meliorem sensum, ut aliquid operentur.* Generalitas significata, per li *Fratres suos*; ut est explicata, est secundum meliorem sensum; ut aliquid operentur. Tum quia, *Generalis loquutio* (in [*b*] Jure) *ad ea de quibus est specialiter actum, seu verisimiliter cogitatum, extenditur.* Ergo Generalitas importata per li *Fratres suos*, extendenda est, & declaranda, per præscriptum de Capitulo Generali; de quo cap. 8. tanquam de principali specialiter actum est: de Capitulo Provinciali autem postea, ut de accessorio: cui illam specificatam dispositionem perseverare præsumitur; cum sit sub eadem qualitate electionis. Nam Jure [*c*] disponente. *Perseverantia semper præsumitur in eadem qualitate.* Tum etiam quia cap. 8. Regulæ Seraph. expressè disponitur de Capitulo Generali celebrando, & de his, qui concurrere debent; ergo cum in eodem capite, Capituli Provincialis celebrandi, continuetur dispositio: licet de his, qui concurrere possunt, sub gene-

(*a*) *l. Si quando. de leg.* 1. *l.* 1. *in fin. ad municip. Socynus. Reg.* 535.

(*b*) *l.* 2. *C. de judic. l. jubemus. C. ad Velleian.*

(*c*) *Baldus in l. Ex persona C. de probat. Innocent. in cap. Proposuit. de Clerico excommu. Apud Prateum de Reg. jur. lib.* 6. *tit.* 5. *c.* 1.

ralitate significata per li, *Fratres suos*, præscribatur; ex Jure (a) *continuatio debet fieri ad præcedentia.* Hoc vero (loquendo de Discretis, de quibus est quæstio) à S. P. N. Francisco fuisse verisimiliter cogitatum: Clementina, nec non Generales, ac Papales supra positæ declarationes, & nostræ Constitutiones manifestò declarant: cætera deducta, & deducenda confirmant: ac perpetua consuetudo, in sequentibus demonstranda, valde ratificat.

87 Dictos conventuales Discretos esse de litterali sensu cap. 8. Seraph. Regulæ, ex deductis, usque nunc liquido constat; tamen ad tollendam omnem dubitationem, expræssionem dictorum, lege omittente, recurrendum est ad consuetudinem; ut quædam recepta asserit (b) Glosa. Ratio est; quia *Consuetudo* (secundum utrumque (c) Jus) *legem interpratatur.* Et adhuc expressè tenet; quod *consuetudo est optima legum (d) interpres.* Hoc præcipuè ab omnibus admittitur, quando consuetudo est antiqua, & immemorialis, quam in favorem dictorum Discretorum, à nunc temporis, usque ad fundationem Ordinis Seraphici, ascendendo, sic demonstrabo.

88 Imprimis à nunc temporis; scilicet ab anno currenti 1701. usque ad annum 1525. (inquo attestantibus Ordinis historijs; signanter apud libellum nostræ S. Regulæ in principio. De principiis, & progressu Religionis S. P. N. Francisci pag. 3. nostra Capucinorum reformatio incoavit) dicti Discreti conventuales, ad Capitulum Provinciale, mittendi vocales, à quacumque familia omnium conventuum cujuscumque Provinciæ, fuerunt semper in praxi à primo Capitulo Provinciali celebrato, sine ulla variatione; nisi pro ut dicetur,

Ab anno 1701 usque ad 1525 vel circa.

(a) *l. 2. de statu homi. l. cum Lanionis. §. assinam. de fundo instructo. l. cōtinuus. de verb. obli.*

(b) *Glo. 2. in can. consuetudo. dist. 1.*

(c) *Glo. pen. in cap. olim. 16. de verb. signif. Glo. secūdū. in can. Erit autem lex. dist. 4. Allegat. ff. de legibus. l. cū de cōsuetudine. & l. si, de interpretatione. Glo. fi. in can. Utinā. dist. 76. Allegat. ff. de verb. signif. l. anniculus. Glo. in can. sicut 11 q. 1.*

(d) *cap. cū dilectus. de consuetudine. & ibi Glo. interpres. Allegat. ff. de leg. & Constit. princ. l. de interpretatione. Glo. ultra duas. in cap. Nonnulli. de Rescriptis. Glo. quā cōsuetudo, in c. caterū. de test. cogēd.*

n. 161. juxta expressè dispositum in cap. 8. Constitutionum Generalium nostri Ordinis Capucinorum; ut est videndum n. 78. Quas Constitutiones compilatas fuisse anno 1529. & auctas 1536. noster Annalita Boverius, sub dictis refert annis.

89 Nec dictos Discretos conventuales ad Capitulum Provinciale vocales mittendos, exordium sumpsisse à nostra Capucinorum reformatione; evidens est: quia ante illam, apud RR. PP. Regularis Observantiæ, jam erant in praxi: nam referente Emanuele Roderico (a) anno 1517. Leo decimus, ipsorum Discretos, Custodes censendos esse secundum Regulam, declaravit. Loquitur de Discretis Discretorum, qui (juxta praxim tunc Religionis Seraphicæ) eligebantur à Discretis electis à quacumque familia omnium conventuum cujuscumque Provinciæ: & à Custodibus Provinciæ, in Capitulo Provinciali: quorum nomine ad Capitulum Generale vocales mittebantur, ipsorum vices gerentes, ad omnia agenda, in Capitulo Generali. Patet in Statutis Generalibus, & Papalibus (b) Ergo Leonis 10. dicta declaratio supponit, pro tunc Discretos conventuales fuisse in praxi, apud Observantes. Verum, & erant in tota Seraph. Religione: Tum ex allegatis Statutis, sub Julio 2. quæ fuerunt pro tota Religione; ut in ipsis est videndum. Tum quia in ipsis declaratum fuit: Discretos relatos esse de sensu cap. 8. Reg. sic: Repeto verba jam deducta n. 74. *Ordinamus etiam, quod ipsi Provinciales Ministri, convocato Provinciali Capitulo à subditis suis; idest à Fratribus Discretis conventuum, & locorum, & à Custodibus*, &c. Vide supra à n. 72. usque ad 76. Fuit hæc declaratio anno 1508. & roborata particulari Bulla Julij 2. anno 1510. ut supra n. 72.

Anno 1517.

Anno 1508 & 1510

(a) *Rodericus in Bullario tom. 1. in Bulla unionis Leonis X. n. 6. pag. 289.*

(b) *in Statut. Gener. & Papal. part. 13. in cap. 8. Reg. Apud Firmam. 3. Ord. 3. part. fol. 31. col. 2. Et part. 41. fol. 36. col. 2.*

90 Hanc generalem, ac Pontificiam declarationem, & alias (in ipsis Statutis expressas) novas judicandas non esse: sed ab anti-

quioribus deductas n. 73. notatum est. Unde in Capitulo Generali Assissij celebrato, sub anno 1430. Constitutiones de mandato Martini 5. confectas; inde Martinianas apellatas (inter alios Capituli vocales) Discreti illas admisserunt, tam nominibus suis proprijs, quàm Conventuum suorum, quorum vices gerebant. Sic (apud Firmam. 3. Ord.(a) Cardinalis attestatur Legatus. *Post quarumquidem Constitutionum, reformationum, & Ordinationum publicationem, & lecturam; omnes, & singuli Ministri, Custodes Custodum, Discreti, & alii dicto Capitulo existentes; tam nominibus suis propriis, quàm suorum conventuum & Fratrum præsentium, & futurorum dictis Constitutionibus, &c. libenter, & spontè, sine contradictione aliqua, in pleno Capitulo acquieverunt.*

Anno 1430

(a) *Apud Firm. 3. Ord. 4. parte fol. 180. col. 3.*

Istos Discretos (de quibus hìc fit mentio) esse Discretos Discretorum; patet: quia illi tunc erant in praxi accedendi Vocales ad Capitulum Generale, nomine Discretorum Conventualium, & Provinciæ Custodum, à quibus in Capitulo Provinciali eligebantur, & mittebantur; sicut n. 89. dictum est. Undè mediante commissione, quam accipiebant à Discretis conventualibus, à quibus eligebantur (ut est videndum in relatis Statutis Generalibus, & Papalibus) repræsentabant Conventus, quorum nomine poterant assentire; vel dissentire, his omnibus, quæ in Generali tractabantur Capitulo. Ergo liquido constat, quod sub anno 1430. Discreti conventuales erant in praxi.

Sub anno 1430

91 Insuper ac etiam, sub anno 1414. Constat, ex Concilio Constantiensi, à quo RR. PP. Regularis Observantiæ, in exordio suæ inceptæ reformationis. Ut ne hæc impediretur; Et ipsi à RR. PP. Conventualibus, ne molestarentur, patrocinium imploravere: Quod feliciter consequuti fuerunt: necnon ipsi reformati, eligendi Vicarios Provinciales, & Vicarium Generalem, ex ipsis re-

Sub anno 1414.

formatis à Concilio facultatem obtinuerunt; ut latè constat (*a*) in decreto sess. 19. ad hoc specialiter expedito. Constantiæ, 9. Kalendas Octobris anno 1414. Quodquidem Decretum à Martino 5. (qui in dicto Concilio electus fuit in Papam, anno 1417.) nonis Maij sui Pontificatus, anno 3. Confirmatum fuit: Asserit Emanuël [*b*] Rodericus. Ac etiam postea Basileæ 6. nonas Octobris anno 1435. à Sacro Basiliensi Concilio; cujus Decretum refert (*c*) Rodericus. In quo autem Decreto; loquendo de electione Vicarij Provincialis facienda, pro quacumque Provinciâ; Hæc habentur verba. *possint, & valeant quilibet in sua Provincia eligere, de prædicta stricta Observantia, unum Fratrem idoneum, &c.* Decernens tamen Sacrum Concilium, de Vicario Generali providendo, sic disponit. *Qui quidem Vicarii hujusmodi Provinciarum possint & debeant, una cum Fratribus Discretis, sibi subditis: Forma solita in electionibus Ordinis servata; in simili eligere inter se alium Fratrem, ad hoc sufficientem & idoneum, pro eorundem Vicariorum correctione, & totius hujus strictæ Observantiæ, in prædictis Provinciis, meliori regimine, &c.* Discreti, quibus cum Vicariis Provincialibus, Sacrum commisit Concilium electio Vicarij Gneralis: sine dubio erant Discreti Discretorum. de quibus nn. 89. & 90. actum est: Nam etsi apud RR. PP. Observantes fuerint in praxi alij Discreti; ut infra n. 95. Tamen nulli alij accedebant ad Capitulum Generale, Vocales, sub præcisè nomine Discreti; nisi Discreti Discretorum electi in Capitulo Provinciali (ut supra) à Discretis conventualibus. Ergo istos in praxi, sub anno 1414. jam fuisse, supponebat Concilium, in Religione Seraphicâ.

92 Quem sensum RR. PP. Observantes tenuere; & constat: Nam virtute dicti Decreti Concilij Constantiensis (affirmante (*d*) Miranda (in suo celebrarunt exordio, sua Capitula Provincialia, & Generalia, ad effectum eligendi suos superiores (à Concilio concessos) sive Provinciales,

[*a*] *tom. 3. Conciliorum sess. 19. Cōcil. Constāt. pag. 859.*

[*b*] *Roderic. tom. 1. Bullar. pag. 72.*

[*c*] *Roder. tom. eod. pag. 71. & 72.*

[*d*] *Mirāda in Man. Prælat. tom. 2. q. 22, art. 2. clo. 1. Et eod. tom. q. 18. art. 1. 3. notando.*

sive Generales: fuit tamen concessio, cum sequentis clausulæ expressa conditione, nempè: *Forma solita in electionibus Ordinis, servata.* Constat supra. Ergo manifestum est, illam formam (quam in exordio servaverunt) fuisse solitam, & antiquam Ordinis Seraphici: at constat, quod in exordio (loquendo de concesso superiore Provinciali) observavere, illum scilicet eligi, à vocalibus Capituli Provincialis: qui erant nempè; ex quolibet conventu, ipsius Guardianus, & unus Discretus à Fratribus electus. Ita Miranda supra allegatus; cujus verba sunt hæc. *Quod, & ipsi, ab eo tempore* [exordij scilicet reformationis RR. PP. Regularis observantiæ] *fecerunt, & statutis temporibus supradicti Vicarij Provinciales celebrabant etiam sua Comitia Provincialia, ad qua, ex quolibet conventu, conveniebat ipsius Guardianus, & unus Discretus à Fratribus electus.* Ergo hæc judicanda est, pro forma solita, & antiqua, in electionibus Ordinis Seraphici, quam observandam à RR. PP. Regularis Observantiæ, in suis electionibus superioris Provincialis, decrevit Concilium. Quam formam servaverunt, non solum usque ad nostram Capucinorum reformationem, jam propagatam, & per orbem terrarum extensam: Verum etiam (apud ipsos) usus Discretorum à à Sacra Congregatione restitutus reperitur, sub anno 1645. infra n. 99. à Capucinorum reformationis exordio, annis 120. elapsis.

(a) Antiqua Ordinationes. apud Firm. 3. Ord. 1. part. fol. 25. pag. 2. col. 1.

Dictorum conventualium Discretorum con- 93
suetudo in Ord. Seraphico sub anno 1414. erat antiqua: Et benè quoniam in antiquis Ordinationibus (*a*) factis per Generalem Ministrum Reverendissimum P. Gondisalvum Hispanum, de consensu Capituli Generalis, Paduæ celebrati, anno Domini 1310. Inter alia, quosdam conventuum excessus, ab ipsis auferendos esse; statutum fuit. Et in casu contrafactionis, aut impedimenti præstationis (etiam per extrinsecas personas) ut non amoverentur, ab aliquo Conventu, ipsam; in

Sub anno 1310.

quodam

quodam §. privant potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale. Et in sequenti §. dictam ampliant pœnam, thenore sequenti.

Item, quod si per extrinsecas personas praestetur impedimentum amotioni praedictorum excessuum, locum suum, sive conventum, in quo fuerint, privent studio, & potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale.

Item, quod pro illo loco, vel conventu nullus sit Vocalis in ipso Capitulo; Et utraque privatio tamdiu remaneat, quamdiu remanebunt praefati excessus. Hæ Ordinationes, idiomate Castellano, inveniuntur in Chronicis (*a*) antiquis. Modo sic: cum ab anno 1310. dictæ ordinationes, in pœnam excessuum, in quocumque Commissorum conventu, illum privarent potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale: clarè sequitur, dictam potestatem mittendi Discretum Vocalem ad Capitulum Provinciale, in conventibus fuisse in praxi, ante annum 1310. unde dictos conventuales Discretos antiquiores supponunt.

Ante 1310

(*a*) 2. *part. lib.* 6. *cap.* 19.

94 Usus Discretorum in Ordine Seraph. fuit antè annum 1279. siquidem, eo tempore, illi, qui cum Ministris, de parte Capituli Generalis, fuerunt missi ad Pontificem Summum Nicolaum III. vocati sunt Discreti. Habetur in Firmamento (*b*) 3. Ord. his verbis. *Proposuerunt dicti Ministri, & Discreti, de parte Generalis Capituli, si placebat Sanctitati suæ dare Ordini aliquem Cardinalem Protectorem, &c.* Discretos præmemoratos, non intelligo fuisse conventuales, ad Capitulum Provinciale, à conventibus mittendos Vocales: benè vero Discretos Discretorum; & cum fundamento: quia dicti Discreti, ad Nicolaum 3. missi fuerunt de parte Capituli Generalis: ergo cum fundamento inferri potest, illos fuisse de corpore Capituli Generalis: quia similes functiones, nomine Capituli Generalis, ab ipso Capitulo committuntur Vocalibus Capituli, ut

Ante annũ 1279

[*b*] *in Firm.* 3. *Ord.* 1. *part. fol.* 29. *col.* 4.

ratio dictat, & praxis confirmat. Igitur illos fuisse Discretos Discretorum; qui [inter Discretorum diversitatem, apud Observantes, observatam] soli (sub speciali titulo Discreti) erant de corpore Capituli, ac ipsius Vocales. Uunde cum hi eligerentur à Discretis conventualibus; ut supra n. 89. & 90. istos, in Religione [ante annum 1279.) supponebant esse in praxi.

Nec obstat, apud RR. PP. Observantes practicatum; nempè, quod Exgenerales, & Diffinitores Generales vocantur [referente [*a*] Miranda] Discreti totius Ordinis. Undè isti forsitan, dices, fuerunt missi ad Nicolaum 3. Non obstat, inquam, quia hæc consuetudo talium Discretorum, fuit apud Observantes: Non tamen in principiis Ordinis Seraph. nec post circa annum 1279. talem usum in historiis, & Ordinis antiquitatibus [quas omni cura, qua potui examinavi] invenire potui. Constat benè in Chronicis [*b*] antiquis Ordinis, in Capitulo Generali, præsente Gregorio IX. Romæ celebrato sub anno 1239. ordinatum fuisse: quod in Capitulis Generalibus essent Diffinitores; sed nec ibi, nec alibi usque in annum 1279. nec postea ab annis multis, invenitur, quod vocarentur Discreti; nec similiter Exgenerales. Ergo cum fundamento inferri potest, Discretos dictos missos ad Nicolaum III. fuisse Discretos Discretorum. 95

Et suadetur: quia istorum usum, creditur, ocasionatum fuisse, à reductione Custodum, ad Capitulum Generale mittendorum, facta à Gregorio 9. assumpto ad summum Pontificatum, anno 1227. ut habetur in Firmamento (*c*) 3. Ordinum. A S. P. N. S. Francisci transitu, unico (*d*) solum anno elapso. Quiquidem Gregorius Seraph. Reg. exponens cap. 8. (inquo electio Generalis Ministri, Ministris Provincialibus, & Custodibus committitur) Per hanc rationem, nempè. *Ut omnia cum majori tranquilitate tractentur*; declarat (apud Firmamentum, [*e*] 3. Ord. sic: *Taliter respondemus; ut singula-* 96

[*a*] *Mirāda in Man. Prælat. tom. 2. q. 22. art. 1. in princ.*

(*b*) *2. part. Chron. antiq. lib. 1. cap. 10.*

[*c*] *In Fir. 3. Ord. part. 2. in principio.*

[*d*] *1. par. Chron. l. 2. cap. 70.*

(*e*) *In Fir. 3. Ord. 4. parte.*

quodam §. privant potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale. Et in sequenti §. dictam ampliant pœnam, thenore sequenti.

Item, quod si per extrinsecas personas præstetur impedimentum amotioni prædictorum excessuum, locum suum, sive conventum, in quo fuerint, privent studio, & potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale.

Item, quod pro illo loco, vel conventu nullus sit Vocalis in ipso Capitulo; Et utraque privatio tamdiu remaneat, quamdiu remanebunt præfati excessus. Hæ Ordinationes, idiomate Castellano, inveniuntur in Chronicis (*a*) antiquis. Modo sic: cum ab anno 1310. dictæ ordinationes, in pœnam excessuum, in quocumque Commissorum conventu, illum privarent potestate mittendi Discretum ad Capitulum Provinciale: clarè sequitur, dictam potestatem mittendi Discretum Vocalem ad Capitulum Provinciale, in conventibus fuisse in praxi, ante annum 1310. unde dictos conventuales Discretos antiquiores supponunt.

Ante 1310

(*a*) 2. *part. lib.* 6. *cap.* 19.

[*b*] *in Firm.* 3. *Ord.* 1. *part. fol.* 29. *col.* 4.

94 Usus Discretorum in Ordine Seraph. fuit ante annum 1279. siquidem, eo tempore, illi, qui cum Ministris, de parte Capituli Generalis, fuerunt missi ad Pontificem Summum Nicolaum III. vocati sunt Discreti. Habetur in Firmamento (*b*) 3. Ord. his verbis. *Proposuerunt dicti Ministri, & Discreti, de parte Generalis Capituli, si placebat Sanctitati suæ dare Ordini aliquem Cardinalem Protectorem, &c.* Discretos præmemoratos, non intelligo fuisse conventuales, ad Capitulum Provinciale, à conventibus mittendos Vocales: benè vero Discretos Discretorum; & cum fundamento: quia dicti Discreti, ad Nicolaum 3. missi fuerunt de parte Capituli Generalis: ergo cum fundamento inferri potest, illos fuisse de corpore Capituli Generalis: quia similes functiones, nomine Capituli Generalis, ab ipso Capitulo committuntur Vocalibus Capituli; ut

Ante annũ 1279

ratio dictat, & praxis confirmat. Igitur illos fuisse Discretos Discretorum; qui [inter Discretorum diversitatem, apud Observantes, observatam] soli (sub speciali titulo Discreti) erant de corpore Capituli, ac ipsius Vocales. Unde cum hi eligerentur à Discretis conventualibus; ut supra n. 89. & 90. istos, in Religione [ante annum 1279.) supponebant esse in praxi.

[a] *Mirāda in Man. Prælat. tom. 2. q. 22. art. 1. in princ.*

Nec obstat, apud RR. PP. Observantes practicatum; nempè, quod Exgenerales, & Diffinitores Generales vocantur [referente [a] Miranda] Discreti totius Ordinis. Undè isti forsitam, dices, fuerunt missi ad Nicolaum 3. Non obstat, inquam, quia hæc consuetudo talium Discretorum, fuit apud Observantes: Non tamen in principiis Ordinis Seraph. nec post circa annum 1279. talem usum in historiis, & Ordinis antiquitatibus [quas omni cura, qua potui examinavi] invenire potui. Constat benè in Chronicis [b] antiquis Ordinis, in Capitulo Generali, præsente Gregorio IX. Romæ celebrato sub anno 1239. ordinatum fuisse: quod in Capitulis Generalibus essent Diffinitores; sed nec ibi, nec alibi usque in annum 1279. nec postea ab annis multis, iuvenitur, quod vocarentur Discreti; nec similiter Exgenerales. Ergo cum fundamento inferri potest, Discretos dictos missos ad Nicolaum III. fuisse Discretos Discretorum. 95

(b) *1. part. Chron. antiq. lib. 1. cap. 10.*

[c] *In Fir. 3. Ord. part. 2. in principio.*

[d] *1. par. Chron. l. 2. cap. 70.*

(e) *In Fir. 3. Ord. 4. parte.*

Et suadetur: quia istorum usum, creditur, ocasionatum fuisse, à reductione Custodum, ad Capitulum Generale mittendorum, facta à Gregorio 9. assumpto ad summum Pontificatum, anno 1227. ut habetur in Firmamento (c) 3. Ordinum. A S. P. N. S. Francisci transitu, unico (d) solum anno elapso. Quiquidem Gregorius Seraph. Reg. exponens cap. 8. (inquo electio Generalis Ministri, Ministris Provincialibus, & Custodibus committitur) Per hanc rationem, nempè. *Ut omnia cum majori tranquilitate tractentur*; declarat (apud Firmamentum, [e] 3. Ord. sic: *Taliter respondemus*; *ut singula-* 96

rum Provinciarum *Custodes, unum ex se constituant, quem cum suo propio* Provinciali *Ministro, pro ipsis ad* Capitulum *dirigant voces suas, committentes eidem: quod cum etiam* Constitueritis *per vos ipsos: Statutum hujusmodi duximus approbandum.* Idem ab Innocentio 4. declaratum habetur in firm. 3. Ord. (*a*) à Nicolao 3. in eodem Firmamento (*b*) Et referente Roderico (*c*) à Nicolao 4. *ad evitandos*, scilicet, *magnos sumptus, & alia incommoda propellenda*. Hujus Custodum reductionis ocasione; usum introductum fuisse, creditur, eligendi Discretos Discretorum: ut ex qualibet Provincia, ad Capitulum Generale, non unus solum; sed duo mitterentur vocales, cum Ministro Provinciali. Unus electus à Custodibus; ut supra; qui vocabatur Custos Custodum. Et alius electus à Discretis conventualibus, à quocunque conventu, missis ad Capitulum Provinciale: qui dicebatur Discretus Discretorum: sicut videndum est in Statutis Generalibus, & Papalibus allegatis, n. 89. Ubinam dictos Discretos Discretorum, Custodes, secundum Regulam, à Leone 10. declaratos esse; relatum est. Ergo Custodum allegata Gregoriana reductio [à qua, ut creditur, eligendi Discretos Discretorum, usum introductum fuisse) annis multis, cum præcessisset Nicolaum 3, potest inferri (attentis deductis) illos Discretos missos ad Nicolaum 3. esse Discretos Discretorum. Vel in hac materiâ hoc est Verisimilius, quod, secundum Jus [*d*] est inspiciendum, & judicandum. Et per consequens, Discretorum conventualium, à conventibus electorum, ad Capitulum Provinciale mittendorum, consuetudinem fuisse in Ordine, ante annum 1279.

[*a*] 4. *part. fol.* 4. *pag.* 2.

[*b*] 4. *part. fol.* 8. *col.* 3.

[*c*] *Rod. tom.* 1. *qq. Regul. q.* 70. *art.* 1.

[*d*] *Glo.* 1. *in Regul. In generali* 81. *l. in obscuris. de Regul. jur.*

97 Tandem prædictam consuetudinem, in Ordine Seraphico esse ante annum 1240. à priucipio Ordinis continuatam; sic ostendo, ex quodam Decreto, quo Laïci inhabil itati fuere ad officia Ordinis. Circa annum, quo expeditum fuit, Ordinis historiæ punctualiter non concordant: benè ve-

Ante annũ 1240.

rio, quod per Generalem Haymonem factum fuit; qui [apud Firmamentum [a] 3. Ord. anno 1229. coram Gregorio IX.] in Generalem electus fuit. Insuper dictum Decretum factum fuisse, in Capitulo Generali, coram Gregorio IX. ibi constat. Cujus Decreti substantia, à dicto Firmamento (b) refertur, ita. *Hic Generalis, in eodem Capitulo, coram Summo Pontifice, Laïcos ad Officia Ordinis inhabilitavit, qui usque tunc dicta Officia, ut Clerici exercebant.* *Hæc tamen*, prosequitur, *inhabilitatio non valet, nec ligare potuit, nec potest, ubi contingeret aliquos probos, & alias sufficienter litteratos Fratres Laïcos, ad aliqua officia, etiam Ministeriatus aptiores (omnibus consideratis) cæteris Clericis, vel Sacerdotibus esse: quia aliàs esset contra Regulæ libertatem, & facultatem expressam. Ubi dicit: quod Ministri si Presbyteri sint cum misericordia injungant illis pœnitentiam. Si vero Presbyteri non sint: injungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, &c.* Quibus, sic infero. *Ad officia Ordinis inhabilitavit Laïcos, qui usque tunc dicta officia, ut Clerici exercebant:* Ergo ad omnia officia Ordinis inhabilitavit: quia illa propositio; *Ad officia Ordinis, &c.* est indefinita, quæ in via Juris, ut supra n. 83., æquivalet Universali. Atqui Discretatus est Ordinis officium; secundùm Statuta Generalia, & Papalia, supra allegata n. 72. particula 11. in cap. 8. Regulæ. Igitur, sequitur, illos etiã ad officium Discretatus inhabilitatos fuisse. Qui usque tunc Ordinis officia, ut Clerici exercentes; exercebant etiam & Discretatus officium. Ergo ab initio Ordinis erant Discreti in Consuetudine. Hanc Generalis Haymonis inhabilitationem, dicitur, factam fuisse coram Gregorio IX. speciali Decreto illam approbante, & confirmante. Tamen sub anno, quo facta fuit non concordant; potest inferri tempus: ex eo, quod supra dictum fuit: Haymonem, scilicet electum fuisse in Generalem Ordinis, coram Gregorio IX. anno 1229. Gregorius autem IX. juxta Ordinis Chron. antiq. [c] obiit, anno 1241.

(a) *Apud Fir. 3. Ord. 1. part. fol. 28.*

(b) *Firm. ut supra. col. 3. circa finem.*

[c] *Chron. antiq. lib. 1. c. 10.*

rum Provinciarum Custodes, unum ex se constituant, quem cum suo propio Provonciali Ministro, pro ipsis ad Capitulum dirigant voces suas, committentes eidem: quod cum etiam Constitueritis per vos ipsos: Statutum hujusmodi duximus approbandum. Idem ab Innocentio 4. declaratum habetur in firm. 3. Ord. (*a*) à Nicolao 3. in eodem Firmamento (*b*) Et referente Roderico (*c*) à Nicolao 4. *ad evitandos*, scilicet, *magnos sumptus, & alia incommoda propellenda.* Hujus Custodum reductionis ocasione; usum introductum fuisse, creditur, eligendi Discretos Discretorum: ut ex qualibet Provincia, ad Capitulum Generale, non unus solum; sed duo mitterentur vocales, cum Ministro Provinciali. Unus electus à Custodibus; ut supra; qui vocabatur Custos Custodum. Et alius electus à Discretis conventualibus, à quocunque conventu, missis ad Capitulum Provinciale: qui dicebatur Discretus Discretorum: sicut videndum est in Statutis Generalibus, & Papalibus allegatis, n. 89. Ubinam dictos Discretos Discretorum, Custodes, secundum Regulam, à Leone 10. declaratos esse; relatum est. Ergo Custodum allegata Gregoriana reductio [à qua, ut creditur, eligendi Discretos Discretorum, usum introductum fuisse) annis multis, cum præcessisset Nicolaum 3. potest inferri (attentis deductis) illos Discretos missos ad Nicolaum 3. esse Discretos Discretorum. Vel in hac materiâ hoc est Verisimilius, quod, secundum Jus [*d*] est inspiciendum, & judicandum. Et per consequens, Discretorum conventualium, à conventibus electorum, ad Capitulum Provinciale mittendorum, consuetudinem fuisse in Ordine, ante annum 1279.

[*a*] 4. *part. fol.* 4. *pag.* 2.

[*b*] 4. *part. fol.* 8. *col.* 3.

[*c*] *Rod. tom.* 1. *qq. Regul. q.* 70. *art.* 1.

[*d*] *Glo.* 1. *in Regul. In generali* 81. *l. in obscuris. de Regul. jur.*

97 *Ante annũ 1240.* Tandem prædictam consuetudinem, in Ordine Seraphico esse ante annum 1240. à principio Ordinis continuatam; sic ostendo, ex quodam Decreto, quo Laici inhabilitati fuere ad officia Ordinis. Circa annum, quo expeditum fuit, Ordinis historiæ punctualiter non concordant: benè ve-

ro, quod per Generalem Haymonem factum fuit; qui [apud Firmamentum [*a*] 3. Ord. anno 1229. coram Gregorio IX.] in Generalem electus fuit. Insuper dictum Decretum factum fuisse, in Capitulo Generali, coram Gregorio IX. ibi constat. Cujus Decreti substantia, à dicto Firmamento (*b*) refertur, ita. *Hic Generalis, in eodem Capitulo, coram Summo Pontifice, Laicos ad Officia Ordinis inhabilitavit, qui usque tunc dicta Officia, ut Clerici exercebant. Hæc tamen*, prosequitur, *inhabilitatio non valet, nec ligare potuit, nec potest, ubi contingeret aliquos probos, & alias sufficienter litteratos Fratres Laicos, ad aliqua officia, etiam Ministeriatus aptiores (omnibus consideratis) cæteris Clericis, vel Sacerdotibus esse: quia alias esset contra Regulæ libertatem, & facultatem expressam Ubi dicitur: quod Ministri si Præsbyteri sint cum misericordia injungant illis pœnitentiam. Si vero Præsbyteri non sint: injungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, &c.* Quibus, sic infero. *Ad officia Ordinis inhabilitavit Laïcos, qui usque tunc dicta officia, ut Clerici exercebant:* Ergo ad omnia officia Ordinis inhabilitavit: quia illa propositio; *Ad officia Ordinis, &c.* est indefinita; quæ in via Juris, ut supra n. 83., æquivalet Universali. Atqui Discretatus est Ordinis officium; secundùm Statuta Generalia, & Papalia, supra allegata n. 72. particula 11. in cap. 8. Regulæ. Igitur, sequitur, illos etiã ad officium Discretatus inhabilitatos fuisse. Qui usque tunc Ordinis officia, ut Clerici exercentes; exercebant etiam & Discretatus officium. Ergo ab initio Ordinis erant Discreti in Consuetudine. Hanc Generalis Haymonis inhabilitationem, dicitur, factam fuisse coram Gregorio IX. speciali Decreto illam approbante, & confirmante. Tamen sub anno, quo facta fuit non concordant; potest inferri tempus: ex eo, quod supra dictum fuit: Haymonem, scilicet electum fuisse in Generalem Ordinis, coram Gregorio IX. anno 1229. Gregogorius autem IX. juxta Ordinis Chron. antiq. [*c*] obiit, anno 1241.

(*a*) *Apud Fir. 3. Ord. 1. part. fol.* 28.

(*b*) *Firm. ut supra. col. 3. circa finem.*

[*c*] Chron. *antiq. lib. 1. c.* 10.

98 Si pars dicat adversa: Laïcos inhabilitatos fuisse, ad omnia officia Ordinis, quæ erant in praxi; non autem ad Discretatus officium, quod tunc temporis non erat in usu. De hoc est quæstio: Unde reddunt quæstionem pro solutione. Dicant ergo, quando in Ordine Discretorum usus incæpit: & usque dum non ostendant (attentis deductis, & deducendis) est discursus legitimus, quem Sorbonæ Decretum confirmavit infra n. 133. & 135. & alij tenuere quamplurimi, n. 136. Dictam inhabilitationem; tum Haymonis; tum Gregorij 9. (si ab ipso facta fuit) in Ordine non fuisse usu receptam; præter dicta; fusè constabit, ex dicendis, in 4. particula hujus damni.

99 Quapropter, Discretos conventuales eligendi, ac ad Capitulum Provinciale mittendi Vocales, consuetudinem S. Congregatio super Episcop. & Regul. relata à Raggio [a] benè laudare potuit, & absolutè antiquam appellare. Cujus Decretum est thenoris sequentis. *Sacra Congregatio S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotijs, & consultationibus Regularium præposita, visa supplicatione plurimorum Fratrum Minorum, tam de Observantia, quàm Reformatorum S. Francisci Familiæ Cismontanæ, super restitutione antiquæ, & laudabilis Consuetudinis eligendi, ac mittendi Vocales, seu Discretos, ab unoquoque Conventu ad Capitulum Provinciale: rebusque alijs in libello supplici fusiùs deductis; auditisque sæpius, in particulari Congregatione, PP. Commissarijs Generali, & Curiæ; necnon vice Procuratore Generali: Reque maturè discussa, ac postmodum in plena Congregatione pluries relata, ijsdem PP. Commissarijs, &c. informantibus; censuit, si Sanctissimo Domino nostro placuerit; restituendum omnino esse usum Discretorum in tota Familia Cismontana, tam Observantium, quàm Reformatorum, Quibuscumque non obstantibus: Quo vero ad inconvenientia, quæ occurrere possent in electionibus eorumdem Discretorum, providendum esse per Congregationem particularem, ad hoc deputandam: cujus S. Congregationis senten-*

[a] *Ragg. de Regimine Regul. cent. 2. dub. 171. 2. clos.*

tiam, per Eminen. Cardinales Pallotum, Carpineam, & Franciotum, in Consistorio secreto, Sanctissimo D. N. relatam; sanctitas sua approbavit, & expedire Decretum mandavit. Romæ 19. Maij 1645. M. Card. Ginettus. Locus † Sigilli.

Dictam Discretorum Consuetudinem; cum sacra Congregatio, antiquam absolutè appellaverit; illam immemorialem declaravit: nam juxta quandam admissam Glosam (*a*) *Consuetudo propiè antiqua, dicitur à tempore, cujus non extat memoria in contrarium.* Memoria non extat in contrarium consuetudinis Discretorum conventualium: Imo ab origine Ordinis ad nos venisse, constat ex dictis, eoquod sint de sensu cap. 8. S. Regulæ; perpetua approbante consuetudine. Quem sensum cap. 7. supponit, sicut 3. particula demonstrabitur. Et hæc de prima particula hujus damni: Ad secundam autem accedendum venit.

[*a*] *Glo. consuevit in extravag. suscepti. Ne sede vacãte, intercõmun. C. de Jure Fisci.*

[*b*] *Ala obligacion de Religiosos hijos &c.*

[*c*] *In Libello allegato n. 37. clausula 2. acapite 5.*

II. PARTICULA.
Ad opposita.

UT dicta magis elucescant ad opposita est respondendum. 100

Contra Auctorem Allegati [*b*] RR. PP. Diffinitorij Cathaloniæ, in suo Libello, seu Litteris [*c*] sic insurgunt 1. *Si exinde* (intelligunt de antiqua Discretorum consuetudine) *inferre intendit; quod Discretorum electionem non practicare, est contra cap. 7. & 8. Regulæ; sic contra illum arguitur. Discreti per te, §. 3. n. 61. ex Regularis Observantiæ familia originem duxerunt, sub anno 1415. Ergo* (en primam consequentiam) *usque tunc Religiosis Observantiæ cap. 7. & 8. Regulæ impedita fuit. Ergo* (en secundam illationem) *nec N. Seraph. P. S. Franciscus, his in duobus capitibus Regulam observavit: nec ejus gloriosi filij, & descendentes illam observavere, ab anno 1206. in quo Ordo incoavit; usque ad annum 1415. in quo, juxta Allegatum, Discretorum praxis incæpit. Videat Auctor, quid ex sua sequatur doctrina?*

98 Si pars dicat adversa : Laïcos inhabilitatos fuisse, ad omnia officia Ordinis, quæ erant in praxi; non autem ad Discretatus officium, quod tunc temporis non erat in usu. De hoc est quæstio : Unde reddunt quæstionem pro solutione. Dicant ergo, quando in Ordine Discretorum usus incæpit: & usque dum non ostendant (attentis deductis, & deducendis) est discursus legitimus, quem Sorbonæ Decretum confirmavit infra n. 133. & 135. & alij tenuere quamplurimi, n. 136. Dictam inhabilitationem; tum Haymonis; tum Gregorij 9. (si ab ipso facta fuit) in Ordine non fuisse usu receptam; præter dicta; fusè constabit, ex dicendis, in 4. particula hujus damni.

99 Quapropter, Discretos conventuales eligendi, ac ad Capitulum Provinciale mittendi Vocales, consuetudinem S. Congregatio super Episcop. & Regul. relata à Raggio [a] benè laudare potuit, & absolutè antiquam appellare. Cujus Decretum est thenoris sequentis. *Sacra Congregatio S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotijs, & consultationibus Regularium præposita, visa supplicatione plurimorum Fratrum Minorum, tam de Observantia, quàm Reformatorum S. Francisci Familia Cismontana, super restitutione antiquæ, & laudabilis Consuetudinis eligendi, ac mittendi Vocales, seu Discretos, ab unoquoque Conventu ad Capitulum Provinciale : rebusque alijs in libello supplici fusiùs deductis; auditisque sæpius, in particulari Congregatione, PP. Commissarijs Generali, & Curiæ; necnon vice Procuratore Generali : Reque maturè discussa, ac postmodum in plena Congregatione pluries relata, ijsdem PP. Commissarijs, &c. informantibus; censuit, si Sanctissimo Domino nostro placuerit; restituendum omnino esse usum Discretorum in tota Familia Cismontana, tam Observantium, quàm Reformatorum, Quibuscumque non obstantibus: Quo vero ad inconvenientia, quæ occurrere possent in electionibus eorundem Discretorum, providendum esse per Congregationem particularem, ad hoc deputandam: cujus S. Congregationis senten-*

[a] *Ragg. de Regimine Regul. cent. 2. dub. 171. 2. clos.*

tiam, per Eminen. Cardinales Pallotum, Carpineam, & Franciotum, in Consistorio secreto, Sanctissimo D. N. relatam; sanctitas sua approbavit, & expedire Decretum mandavit. Romæ 19. Maij 1645. M. Card. Ginettus. Locus † Sigilli.

Dictam Discretorum Consuetudinem; cum sacra Congregatio, antiquam absolutè appellaverit; illam immemorialem declaravit: nam juxta quandam admissam Glosam (*a*) *Consuetudo propiè antiqua, dicitur à tempore, cujus non extat memoria in contrarium.* Memoria non extat in contrarium consuetudinis Discretorum conventualium: Imo ab origine Ordinis ad nos venisse, constat ex dictis, eoquod sint de sensu cap. 8. S. Regulæ; perpetua approbante consuetudine. Quem sensum cap. 7. supponit, sicut 3. particula demonstrabitur. Et hæc de prima particula hujus damni: Ad secundam autem accedendum venit.

[*a*] *Glo. consuevit in extravag. suscepti. Ne sedevacãte, intercõmun.* C. *de Jure Fisci.*

[*b*] *Ala obligacion de Religiosos hijos &c.*

[*c*] *In Libello allegato n.* 37. *clausula* 2. *acapite* 5.

II. PARTICULA.
Ad opposita.

Ut dicta magis elucescant ad opposita est respondendum. 100

Contra Auctorem Allegati [*b*] RR. PP. Diffinitorij Cathaloniæ, in suo Libello, seu Litteteris [*c*] sic insurgunt 1. *Si exinde* (intelligunt de antiqua Discretorum consuetudine) *inferre intendit; quod Discretorum electionem non practicare, est contra cap.* 7. & 8. *Regulæ; sic contra illum arguitur. Discreti per te, §.* 3. *n.* 61. *ex Regularis Observantiæ familia originem duxerunt, sub anno* 1415. *Ergo* (en primam consequentiam) *usque tunc Religiosis Observantiæ cap.* 7. & 8. *Regulæ impedita fuit. Ergo* (en secundam illationem) *nec N. Seraph. P. S. Franciscus, his in duobus capitibus Regulam observavit: nec ejus gloriosi filij, & descendentes illam observavere, ab anno* 1206. *in quo Ordo incoavit; usque ad annum* 1415. *in quo, juxta Allegatum, Discretorum praxis incapit. Videat Auctor, quid ex sua sequatur doctrina?*

Et ne miretur, quod ex talibus audatijs, pro consequentijs sequantur Blasfemiæ.

101 Ad clarè & sine ambiguitate procedendum; suppenendum est 1. Illa, quæ sunt de Regula, non sunt sub eadem qualitate, in observantiâ. Quædam obligant singulos, & omnes; ut vivere in obediantia, sine propio, & in castitate: Et cætera hujusmodi, ad omnes, sub obligatione, directa à S. Regula. Quædam vero obligant, non omnes; sed singulos, ad quos spectant: Nam ex cap. 3. constat, Clericos ad officium teneri Romanum; non autem Laïcos. Laïci obligantur ad officium, pro ipsis, ibi specialiter dispositum: Non autem Clerici. Item cap. 4. sub præcepto, ita habetur. *Pro necessitatibus infirmorum, & alijs Fratribus induendis, per amicos spirituales Ministri tantum, & Custodes solicitam curam gerant, &c.* Quædam autem obligant nullum; sed Religiosis facultatem tribuunt: scilicet libertates à Regula concessæ; siquidem ex cap. 2. posse *sua vestimenta repetiare de saccis, & alijs petijs cum benedictione Domini. Et secundũ sanctum Evangelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis* [juxta cap. 3.] *liceat mandare, &c.* Alia sunt in Regula, quæ admonitiones appellantur; docent enim bonum facere, & malum fugere.

102 Notandum est 2. Religiosos, ad electiones concurrere, non tenentur sub obligatione Regulæ: nec ullius Juris: ergo hoc ad electiones concurrere, est illis facultativum: inter facultates à Regula concessas, computandum: Est enim privilegium Regulæ. Antecedens est manifestum: Nam præter id, quod cap. 8. Ministris, & Custodibus præcipitur, in ordine ad Ministri Generalis providendi electionem activam, ad nullum alium obligat concursum: Hoc est certum in communi sententia. Nec Jus commune aliquem obligare intendit: Nam istud dans formam concurrendi, seu eligendi communem, sic disponit (a) *Statuimus, ut cum electio fuerit calebranda, præsentibus omnibus, qui debent; &*

[*a*] *cap. Quia propter. de electione.*

volunt, & possunt commode interesse, &c. Dicitur, qui debent. non quod, sub obligatione concurrere teneantur: sed, secundum Glosam *habet*, hic, debent vocari ad electionem omnes, qui habent Jus: Hocque per diversa Juris cap. probat: Quod clarissimè ipsemet declarat textus, addens: *Et volunt.* Ergo concurrere ad electiones, ex Jure Canonico communi facultativum est. Unde in ipso Jure (*a*) supponitur; quod habentes Jus ad electionem faciendam; si volunt, possunt non concurrere. Hanc Canonicam dispositionem, non solùm pro sæcularibus; sed etiam pro regularibus electionibus, intenlligendam esse, ex quadam Glosa probat R. P. Leander (*b*) à Murcia. Unde Tabiena, Armila, Soto, &, alij, quos allegat, & sequitur Murcia (*c*) docent voci activæ, & passivæ Religiosos renuntiare posse, sine licentia sui Prælati: casibus sequentibus exceptis. 1. quando ex tali renuntiatione, renuntianti infamatio sequeretur. 2. si, ex tali renuntiatione (ob paucitatem suffragiorum, vel electorum) electio impediretur. 3. quando talis renuntiatio, beni communis in notabile præjuditium verteretur. In his casibus, dicti tenent Doctores, quod Prælatus obedientiæ præcepto subditos, ut concurrant, obligare potest: In alijs autem; Non. Imo subditis facultativum est, ex Jure Canonico: quod ex varijs Juris textibus probat Murcia (*d*) & respondit (*e*) ad argumenta in contrarium. Ergo Jus, quod habent Religiosi concurrendi ad Ordinis electiones; Tum ex Jure communi; Tum ex Regula (excepto, quod cap. 8. ut supra præcipitur) facultativum est. Et Juris, & Regulæ privilegium: quo [modo dicto] uti; vel non uti possunt.

Quibus positis; respondendo ad argumentum supra positum: RR. PP. Diffinitorij Cathaloniæ, dicendum est; quod Auctor Allegati (*f*) Ex Clemente 5. in Concilio Viennensi S. P. N. S. Francisci Regulam declarante (*g*) manifestavit, Capitulum Provincialæ esse de sensu cap. 103

8.

[*a*] *cap. Quod sicut. de electione. & ex cap. supra allegato.*

[*b*] *Murcia. q. 5. Select. sup. 8. Reg. n. 8.*

[*c*] *Muacia, ut suppa n. 5.*

[*d*] *Murcia, ut supra n. 6. 7. & 8.*

[*e*] *n. 9.*

[*f*] *Ala obigation de Religiosos hijos, &c. §. 3. n. 6.*

[*g*] *Clemēt. Exivi. de verb. signif. in 6. §. demum.*

Et ne miretur, quod ex talibus audatijs, pro consequentijs sequantur Blasfemia.

101 Ad clarè & sine ambiguitate procedendum; supponendum est 1. Illa, quæ sunt de Regula, non sunt sub eadem qualitate, in observantiâ. Quædam obligant singulos; & omnes; ut vivere in obediantia, sine propio, & in castitate: Et cætera hujusmodi, ad omnes, sub obligatione, directa à S. Regula. Quædam vero obligant, non omnes; sed singulos, ad quos spectant: Nam ex cap. 3. constat, Clericos ad officium teneri Romanum; non autem Laïcos. Laïci obligantur ad officium, pro ipsis, ibi specialiter dispositum: Non autem Clerici. Item cap. 4. sub præcepto, ita habetur. *Pro necessitatibus infirmorum, & alijs Fratribus induendis, per amicos spirituales Ministri tantum, & Custodes solicitam curam gerant, &c.* Quædam autem obligant nullum; sed Religiosis facultatem tribuunt: scilicet libertates à Regula concessæ; siquidem ex cap. 2. posse *sua vestimenta repetiare de saccis, & alijs petijs cum benedictione Domini. Et secundũ sanctum Evangelium, de omnibns cibis, qui opponuntur eis* [juxta cap. 3.] *liceat mandare, &c.* Alia sunt in Regula, quæ admonitiones appellantur; docent enim bonum facere, & malum fugere.

102 Notandum est 2. Religiosos, ad electiones concurrere, non tenentur sub obligatione Regulæ: nec ullius Juris: ergo hoc ad electiones concurrere, est illis facultativum: inter facultates à Regula concessas, computandum: Est enim privilegium Regulæ. Antecedens est manifestum: Nam præter id, quod cap. 8. Ministris, & Custodibus præcipitur, in ordine ad Ministri Generalis providendi electionem activam, ad nullum alium obligat concursum: Hoc est certum in communi sententia. Nec Jus commune aliquem obligare intendit: Nam istud dans formam concurrendi, seu eligendi communem, sic disponit (a) *Statuimus, ut cum electio fuerit calebranda, præsentibus omnibus, qui debent, &*

[a] *cap. Quia propter. de electione.*

volunt, & possunt commode interesse, &c. Dicitur, qui debent. non quod, sub obligatione concurrere teneantur: sed, secundum Glosam *habet*, hic, debent vocari ad electionem omnes, qui habent Jus: Hocque per diversa Juris cap. probat: Quod clarissimè ipsemet declarat textus, addens: *Et volunt*. Ergo concurrere ad electiones, ex Jure Canonico communi facultativum est. Unde in ipso Jure (*a*) supponitur; quod habentes Jus ad electionem faciendam; si volunt, possunt non concurrere. Hanc Canonicam dispositionem, non solùm pro sæcularibus; sed etiam pro regularibus electionibus, intelligendam esse, ex quadam Glosa probat R. P. Leander (*b*) à Murcia. Unde Tabiena, Armila, Soto, &, alij, quos allegat, & sequitur Murcia (*c*) docent voci activæ, & passivæ Religiosos renuntiare posse, sine licentia sui Prælati: casibus sequentibus exceptis. 1. quando ex tali renuntiatione, renuntianti infamatio sequeretur. 2. si, ex tali renuntiatione (ob paucitatem suffragiorum, vel electorum) electio impediretur. 3. quando talis renuntiatio, beni communis in notabile præjuditium verteretur. In his casibus, dicti tenent Doctores, quod Prælatus obedientiæ præcepto subditos, ut concurrant, obligare potest: In alijs autem; Non. Imo subditis facultativum est, ex Jure Canonico: quod ex varijs Juris textibus probat Murcia (*d*) & respondit (*e*) ad argumenta in contrarium. Ergo Jus, quod habent Religiosi concurrendi ad Ordinis electiones; Tum ex Jure communi; Tum ex Regula (excepto, quod cap. 8. ut supra præcipitur) facultativum est. Et Juris, & Regulæ privilegium: quo [modo dicto] uti; vel non uti possunt.

[*a*] *cap. Quod sicut. de electione. & ex cap. supra allegato.*

[*b*] *Murcia. q. 5. Select. sup. 8. Reg. n. 8.*

[*c*] *Muacia, ut suppa n. 5.*

[*d*] *Murcia, ut supra n. 6. 7. & 8.*

[*e*] *n. 9.*

Quibus positis; respondendo ad argumentum supra positum: RR. PP. Diffinitorij Cathaloniæ, dicendum est; quod Auctor Allegati (*f*) Ex Clemente 5. in Concilio Viennensi S. P. N. S. Francisci Regulam declarante (*g*) manifestavit; Capitulum Provincialæ esse de sensu cap. 103
8.

[*f*] *Ala obligation de Religiosos hijos, &c. §. 3. n. 6.*

[*g*] *Clemēt. Exivi. de verb. signif. in 6. §. demum.*

8. Regulæ, ad Provincialis providendi electionem. Et sic similiter esse de sensu dicti cap. 8. vocales, qui tunc temporis constituebant Capitulum Provinciale: Et ad manifestandum, quod inter alios, fuisse tunc dictos Discretos conventuales; Discretorum conventualium præfatorum antiquam, ac immemorialem consuetudinem adduxit. Et benè; quia *Consuetudo est optima Legum interpres.* Ad hoc videatur supra n. 71. Tamen ex quocumque non practicare electiones Discretorum, esse contra cap. 7. & 8. Regulæ, Auctor Allegati inferre non intendit. Et contra Auctorem Allegati hoc supponere, est magnam pati æquivocationem. Nam habentibus Jus ad electiones conventuales, cum sit facultativum concurre, vel non concurrere; licet quidam vel multi concurre noluerint, vel nolint; nihil contra Regulam, à quâ facultatem acceperunt, vel accipiunt. Quod Auctor Allegati intendit, clarè constat; scilicet, quod habentes jus ad electiones conventuales, & volentes concurrere, impedire; est contra jus facultativum, illis concessum à cap. 8. S. Regulæ, quod 7. supponit. Est verum: Nam jure facultativo, privilegiatos, pro libito non uti; non est contra dictum Jus facultativum (de cujus natura est, posse uti; & non uti) benè vero uti volentes, impedire. Non dubitatur, istud, & quodcumque aliud Jus positivum Ecclesiasticum posse tolli à Pontifice summo: sed etiam fatendum est, RR. PP. Diffinitorii Cathaloniæ n. 30. relatos; non posse nomine Provinciæ [hac inconsulta, & inscia] informare, ac instare, & consequi, motivis non veris; imo falsis, Rescriptum Discretorum abolitivum: ut fuse demonstratum est. Nec similiter in executione poni illud, ab illis, qui alleganturn. 31. & 32. Quia sic in causa est dictum Jus facultativum Regulæ impedire: Et contra utrumque Jus, Familias Conventuum Provinciæ Cathaloniæ, & ipsarum Religiosos violenter impedire; ut ne à dictis PP. ac ab imposturis, & dam-

nis, modestè se defendant, per recursum ad Sanctissimum. Sicut (variis modis, Judici competenti deducendis) fecerunt.

Sui argumenti, dicti RR. PP. contra Auctorem Allegati, sic proponunt antecedens. *Discreti per te §. 3. n. 61 ex Regularis Observantiæ Familiæ originem duxeruut, sub anno* 1415. *ergo &c.* 104
Auctor Allegati ibi omnino contrarium dicit: Imo probat, dictam Discretorum consuetudinē, non inceptam esse à Regularis Observantiæ Familia; sed ab ipsa continuatam: quam antiquiorem, & immemorialem ostendit; ergo &c. Hæc est maxima tantorum Patrum æquivocatio. Allegatum impressum est, ab ipso, in promptu convinci possunt. Unde ex falso antecedenti, secundùm Logicos, nihil veri sequi potest. Et in via Juris (*a*) *Remoto antecedenti; omne ejus consequens removetur.* Dictum antecedens; quia falsum, removendum est: necnon, & omne ejus consequens: quia in se falsum, & à falso deductum. Falsum est 1. consequens: Nam Religiosis, nullo tempore dicto, impedita fuit observantia cap. 7. & 8. Regulæ, non solum obligatoria; Verum, nec facultativa concurrendi ad electiones Discretorum (de quibus est quæstio) saltem ut apparuerit cum Juris effectu; quod demonstrabitur, hujus damni particula 4. A falso enim deducitur; nempe, ut supra, à falso antecedenti: Unde falsa est 1. illatio; quia à supposito falso est.

(*a*) *l. Veteres de itine. actumq. priva.*

In secundo consequenti, ita loquuntur: *Ergo, nec noster S. Pater S. Franciscus, in his duobus capitibus Regulam observavit: nec ejus gloriosi Filij, & descendentes illam observavere, &c.* Unde inferunt? Ab antecedenti falso, nec concesso, imo negato; ut supra demonstratum est. Igitur, sive intelligant, de Regulæ, in dictis cap. observantia obligatoria (quod esset extra propositum; & valde alienum Seraphico Patri applicandum, & ejus gloriosis filijs) sive de facultativa concurrendi ad electiones Discretorum [de qua solum tractatur) Non rectè inferre

possunt: Tum ex dictis: Tum quia; quamquam Seraph. Patrem, in hac materia, non distinguerent à cæteris Religiosis (quod non est admittendum) Et licet ipse, & ejus primi gloriosi filij; & multi, ex ejus descendentibus, ex voluntate sua, non practicavissent concurrere ad Discretorum electiones. Nihil contra ipsos (circa observantiam facultativam) inferri potest: Nam privilegiatum, non uti Jure facultativo; contra dicti Juris observantiam non facit: benè vero impediens.

105 De praxi ergo, in ordine ad Discretorum electiones, tenendum est, quod de consuetudine immemoriali demonstratum est à n. 87. usque ad 99. Et in hac materia; Seraph. Patrem, à cæteris, debito honore, distinguere debebant: Quia dum vixit semper fuit caput Ordinis: & ipsi, ut suo Generali obtemperabant Religiosi; juxta obedientiam 1. cap. Regulæ promissam; sic. *Frater Franciscus promittit obedientiam, & reverentiam Domino Papæ Honorio, ac successoribus ejus Canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ. Et alij Fratres teneantur Fratri Francisco, & ejus successoribus obedire.* Et licet propter humilitatem, & alias causas deductas in Chronicis *(a)* officium Generalatus, in Capitulo Generali, renuntiasset: ejus tamen renuntiatio em Capitulum non admisit. Religiosi enim nullo modo consentierunt, quod vivente Sancto Patre, alius esset Generalis in Ordine: Imo supplices illum rogavere: Quod si propter infirmitates, & alias causas expositas, ordinem gubernare non poterat; ipse suum Vicarium Generalem eligeret. Et ita factum fuit: Nam elegit suum secundum filium, V. P. Fr. Petrum Cathaneum. Quo defuncto, elegit V. P. Fr. Eliam in Vicarium suum Generalem, qui toto tempore, quo vixit S. Patriarcha, in qualitate, ejus Vicarij Generalis, Ordinem gubernavit. Et quamquam à S. Patre, Et ab aliquibus, aliquoties vocaretur Generalis: Tamen solum V. Generalis erat. Totum constat in Chronicis

(a) 1. *part Chron. l.* 1. *cap.* 31. & 32.

(a) Nec ulla electio Ministri Generalis facta fuit in Ordine, nisi post transitum S. Patris; constat in Chronicis [b] Ergo Generalis, & caput Ordinis, cum semper perseverasset, ad ipsum non pertinebat, concurrere passivè ad Ordinis electiones; ut notum est.

[a] 1. parte Chron. ut supra.

[b] 1. parte, ut supra. & 2. parte. lib. 1.

Quantum igitur ad concursum activum, ob reverentiam tanti Patris, credendum est: Quod 108 omnia officia Ordinis providenda, in parte, ubi ille erat præsens, ad nutum, vel de Consilio tanti Patris, providebantur. Hoc sibi debebant; Tum Jure capitis, & Ordinis Fundatoris: Tum ob obedientiam illi cap. 1. Regulæ promissam. Et quando illi Patres nostri antiqui, ejus filij, nullum aliud haberent motivum, ad istud illi præstandum obsequium, esset efficacissimum: considerare suum, & nostrum Seraph. Patrem, Spiritu Sancto plenum, ad cognoscendum melius, quam omnes, illos aptiores, secundum Deum, ad occupanda officia Ordinis providenda. Et quod sic fecissent illi Patres antiqui; potest inferri; sive ex Chronicis [c]; sive ex zelo, & ipsorum pietate. Eadem enim pietate, & justitia, RR. PP. Definitorij Cathaloniæ (juxta præmissa) Seraph. Patrem, à cæteris, in hac materia, distinguere debebant: ac illationem, & consequens relatum excusare. Nec non, & affirmare; quod ex doctrina Auctoris, dicti Allegati, sequuantur, pro consequentijs, blasfemiæ. Nam ex doctrina præfati Auctoris, ibi; non sequuntur falsæ loquutiones contra Deum, & Sanctos, per modum convitij. Quæ est ratio formalis Blasfemiæ, secundum Bannez [d] de mente D. Thomæ, quem allegat, & sequitur Vilalobos (e) Imo ex Authoris doctrina (juxta supra deducta; & amplius infra deducenda) verum, & litteralem Regulæ sensum, tenente; sequitur vera loquutio, in honorem Christi Domini (qui, ut piè creditur, illam revelavit) Et S. P. nostri Francisci, qui nobis ipsam dedit, purè, & litteraliter observandam; juxta qualitatem, quæ in ea continetur. Et caveant, ne hæc

(c) Ex Chron. ut supra. Et ex diversis capitibus 1. part.

(d) Bannez 2. 2. q. 13. art. 1. Ex D. Tho. ibi.

[e] In 2. part. Sũmæ Theolog. Moral. tract. 1. difficult. 15.

instantia, contra ipsos vertatur, in recto judicio Pontificis summi, in cujus Tribunali decidenda est hæc causa.

107 RR. PP. Diffinitorij Cathaloniæ contra Auctorem Allegati, sic arguunt. 2. *Item Regulæ observantia, omnes, & singulos Religiosos, ab instanti suæ Professionis integrè obligat. Ergo, si Discretorum electio est de Regulæ obligatione, omnes, & singulos obligabit. Ergo antiqui Patres (qui nostras disposuerunt Constitutiones) à Discretorum electionibus, excludendo illos, qui quartum Religionis annum, non adimplevissent: vel illos dispensant in cap. 7. & 8. Regulæ. Vel ejus observantiam impediunt. Ergo, de illis (qui in Ordine, per justam punitionem. Discretorum concursu privantur) dici poterit: quod impediunt, illos suam Regulam observare. Ergo de illis [qui ob humilitatem, vel alium honestum titulum ad Discretorum electiones concurrere renuntiant] dicendum erit; vel quod renunciant Regulam adimplere; vel illius dispensationem quærunt. Colligant ex his.*, Concludunt, *Si fuit fraus, dolus, & seductio, Religiosos persuadere; quod nempè Discretorum electiones abolere, erat contra Regulæ textum expressum, & litteralem.* Hæc illi.

108 Respondetur distinguendo antecedens: si intelligunt de Regulæ observantia facultativa (de qua solum in præsenti est quæstio) nego antecedens. Si vero loquantur de observantia, sub præcepto expresso, æquipolenti, vel vim præcepti habenti [licet istud intendere esset extra propositum] iterum distinguo; si hæc observantia sub præcepto, à Regula dirigeretur ad singulos, & ad omnes concedo antecedens. Si non ad omnes; sed solum ad singulos, ad quos spectat; nego antecedens. Verbi gratia, officium Romanum recitare est de Observantia obligatoria Regulæ, ex cap. 3. sed non obligat omnes; nisi solum Clericos, ad quos divinum facere officium, ex Regula; pertinet. In 1. consequenti arguunt suppositione falsa, qua iterum, atque iterum laborant. Nam sæpè dictum est,

Discretorum electiones, Religiosis particularibus, non cadere sub Regulæ obligatione; sed concurrendi ad illas habent Jus concessum à Regula.

Nec, data, & non concessa suppositione; nempè. Si *Discretorum electio est de obligatione Regula, &c.* legitimè inferrent; imo adhuc in Regulæ terminis æquivocationem paterentur; quia in Regula quamplurima, sub obligatione extant; non obligant tamen omnes; sed singulos, ad quos spectat; ut visum est supra.

Ad Discretorum electionum concursum, Religiosos particulares non obligari, dixi. Tamen, 109
quando de Ministro Provinciali est providendum; debent illos immediatè, vel mediatè, Ministri Provinciales ad Capitulum convocare; quia sic omnes, vel immedïatè, vel mediaté; id est por Discretos, jus habent; ut supra n. 86. sicque (secundum Jus commune allegatum n. 102.) debent vocari, modo, quo jus habent. Imo juxta speciale Regulæ; alias irrita, & inanis esset electio. Quia secundum Regulæ sensum declaratum in Clementina Exivi, necessarium est Capitulum Provinciale, ad quod spectat; ergo ad hunc effectum necessario convocandi sunt Vocales, qui dictum debent constituere Capitulum. At inter alios, sunt Discreti conventualés, ex dicta Decretali dictum est n. 71. Quod quidem, ex Regulæ sensu fusè demonstratum manet à n. 74. usque ad 99. ergo, &c. Unde deficientibus Discretis, jam non sunt eidem Vocales Capituli, quos intendit Clemens V. in sua declaratione; ut supra; Ergo sequitur, Ministrorum Provincialium electiones celebratas; sine interventione Discretorum (quia contra Pontificis declarantis intentum) esse irritas, & inanes juxta ipsam Decretalem [*a*] ita tenentem. *Porro, si quid de hujusmodi Ministro Provinciali. Secus attentari fortè contingerit, illud, ipso facto, sit irritum, & inane.* Quod quidem Decretum non solum est irritans Ministri Provincialis electionem factam, contra expresè

(*a*) *Clement. Exivi. §. Porro.*

dispofita in §. *Demum*, & duobus sequentibus, secundum Glosam [*a*] verum & contra Pontificis declarantis, & constituentis intentionem, ex Jure (*b*) concludendum est. Sic similiter dicendum est de alijs factis, & dispositis in Capitulo, sine interventione Discretorum. Quod confirmari potest, Bulla Urbani VIII. quæ incipit: *Sacrosanctum Apostolatus officium*; qua, nostræ Constitutiones confirmatæ sunt clausula irritanti.

110 Nec obstare potest Rescriptum Discretorum abolitivum, supra positum: Nam illud esse, ipso Jure nullum (quia obreptitium, & surreptitium) §. 5. demonstrabitur.

111 Ad 2. consequens est dicendum; quod juvenes, adhuc non perventos, ad 4. Religionis annum completum, Constitutiones non dispensant; nec in dictis capitibus, suam observare Regulam, impediunt. Non illi dispensantur; quia (secundum communem Theologorum, & Canonistarum sententiam) solum in obligatorijs est dispensandum; non autem in facultativis. Facultativum est jus concurrendi ad Discretorum electiones; quas (dispensatione, quam proponunt) obligatorias esse, supponunt, quod est falsum. Deinde, illos suam Regulam observare, non impediunt; In obligatoriis, patet. Nec in facultativis, de quibus nunc. Ratio est: quia ad impediendum aliquem, in Jure facultativo; istud necessario ex natura rei prius debet habere quis, antequam propriè impediri possit. Juvenes Jus facultativum concurrendi activè, vel passivè, ad aliquam Ordinis electionem, non habent, donec 4. Religionis annum expleverint, secundum Ordinis Constitutionem c. 8. ergo durante hoc tempore propriè non possunt impediri in hoc jure facultativo: quo, ut dicti juvenes gaudere non possent, donec Religionis quatriennium elapsum esset: Capitulum Generale (in quo supra dicta disposita fuit constitutio) declarans sensum Regulæ, & intentionem S. P. N. Francisci; bene

(*a*) *Glo. in §. Porro.*

(*b*) *Ex c. Intelligentia. de verb. signif. ex Glosis, ibi Glo. intentio. in cap. Antecedēs. ubinā varia allegantur Jura ad intentum. Et l. scire leges, de legibus.*

statuere potuit. 1. Quia Capitulo Generali, ex Regula concessum est, Regulam declarare posse. Supra constat n. 70. 2. quia hoc approbatum fuit ab Urbano VIII. summam, in Ecclesia Dei tunc possidente authoritatem. Vide dictum n. 70. 3. quia fundati fuere in sancti Patris intentione: quam fuisse; ut nempè Ordinis electiones canocicæ essent, celebràtæ, juxta præscriptum in Regula: & in omissis, secundum, in jure communi Canonico, expressum; vel ipsi magis conforme; non est dubitandum; Meximè, cum in praxi ab omnibus receptum sit: quod scilicet jure Municipali omittenti; ad commune est recurrendum.

Activè concurrens ad electiones canonicas, ad rectum formandum judicium indignum excludendi: Verum, & dignum in concursu dignioris, juxta sacros Canones, & voti naturam, debet electurus necessariò qualitatum concurrentium sufficientes habere notitias: quibus juvenes, in Religione, plerumque carent. Unde [& propter rationem in Constitutione expressam] illi antiqui Patres Generalis Capituli, declarantes statuere potuerunt; illos non gaudere jure facultativo concurrendi activè, donec 4. Religionis annum adimplevissent. Sic similiter, quantum ad concursum passivum; & benè: quia ob notitiarum necessarium defectum, si fortô in Discretos eligerentur juvenes, circa agenda, & tractanda, in Capitulo, præterdicta supra, suo muneri satisfacere nequirent. Minus Prælaturis, si ad illas passivè concurrerent. Quod esset contra jus Canonicum (a) à quo tales electioues declarantur (b) irritæ, & inanes. Unde Constitutionis statutum; nullatenus dici potest impeditivum observantiæ Regulæ; sed declarativum; quod juvenes scilicet, ante elapsum quatriennium, dicto jure facultativo gaudere non possunt.

(a) cap. in cunctis. de electione. c. officij tui. sub eod. tit.

(b) cap. officij tui. de elect. §. Nos autem.

Ad 3. consequens respondendum est: Quod ex justa privatione honoris juris facultativi concurrendi ad electiones; Observantiæ Regulæ 112

impeditio

impeditio inferri nonpoteſt. Imo, ut defectuoſi corrigantur ; & benè Regulam, ac ſtatuta ſervent, dicta juſtè puniuntur pæna. Nec adhuc (dato, & non conceſſo, quod concurrere ad electiones eſſet ſub obligatione) teneret, in caſu, inferentia : quia Religioſi profeſſi, ex cap. 2. Regulæ, unam tunicam cum Caputio deferre : ac in Religione perſeverare, obligantur : Nihilominus, juſta interveniente cauſa, aliqui, à Religione expelluntur ; quin dici poſſit : Quod impediantur, ſuam promiſſam Regulam obſervare : benè vero ; quia illam obſervare noluerunt ; ob ſuam incorrigibilitam expulſi, honore deferendi habitum ; & in Religione vivendi, indigni (Jure diſponente) judicantur : Tum in pænam delictorum ſuorum ; Tum ne una mala pecus inficeret omne pecus.

113 Tandem ad 4. Circa Religioſos, qui (propter humilitatem, vel alium titulum honeſtum) ad electiones concurrere renuntiant : concedendum eſt, quod ſuo Juri facultativo renuntiant ; non autem adimpletioni ſuæ Regulæ : Nec ejus diſpenſationem quærunt ; quia Juris facultativi diſpenſatione non indigent. Unde arguentes, falſum certó ſupponunt. Quam, & alias æquivocationes, quas in ſuo argumento paſſi ſunt, excuſare debebant : nec non & afirmaſſe in concluſione, quod Auctor Allegati Religioſos perſuaſerit ; Diſcretorum abolitionem eſſe contra Regulæ textum expreſſum. Contra Regulam : Vel contra Regulæ ſenſum litteralem, in facultativis, hoc Author Allegati docuit ; non autem contra textum expreſſum : Inqua expreſſione etiam æquivocati ſunt. Poſtremo qualitates fraudis, doli, & ſeductionis, quas Allegati Auctori (debita reverentia) ſine fundamento imponunt : ſi contra ipſos vertuntur, in tantorum PP. obſequium, Lectoris cenſuræ relinquo. Ego autem ad hujus damni 3. particulam manifeſtandam accedo : In qua Diſcretos conventuales cap. 7. Regulæ ſupponere, hic demonſtrandum venit.

SEraphicus Pater, de lapsis loquens in aliquo peccato, Ministris Provincialibus re- 114
servato; ita cap. 7. tenet. *Ipsi vero Ministri, si Presbyteri sunt cum misericordia injungant illis pœnitentiam: si verò Presbyteri non sunt, injungi faciant, per alios sacerdotes Ordinis; sicut eis, secundum Deum videbitur expedire, &c.* Quæ enim verba, & Discretorum conventualium esse: ac ipsorum electiones, sive activè; sive passivè, in favorem omnium Religiosorum, cujuscumque status habilium, esse manifestè supponunt.

Imprimis Discretorum supponunt esse. Nam dicta verba supponere Ministros Provinciales 115
canonicè electos, juxta Generales, & Papales declarationes, supra relatas; & præcipuè secundum Decretalem *exui*, videndam n. 71. per se patet. Ergo suos supponunt electores, quorum mayor pars (veluti causa) Provincialem canonicè eligentes, illum canonicè efficiunt. Unde electus in Provincialem; Veluti effectus, suam causam supponit; nempe Capituli vocales: quia (Philosophia docente) effectus supponit causam; ac in via Juris tenet Daoyz (*a*) causam probari per ejus effectum aposteriori; quemadmodum dicunt Logici. Sed inter alios electores, qui (secundum sensum cap. 8. Regulæ) Provincialem eligere debent, sunt Discreti conventuales; ut fusè supra demonstratum est: ergo dicta textus verba supponentia Ministros Provinciales canonicè electos; & Discretorum esse supponunt; cum inter alios, sint eorum electores.

(*a*) *Daoyz. tom. 4. p. 1. Verb. causa. n. 2.*

Deinde, omnes Religiosos, cujuscumque status, habiles, ad Discretorum electiones, sive 116
activè; sive passivè concurrere posse, dicta verba textus liquidò supponunt; & quadam singularitate: Nam Discretorum esse, supponere; de quocumque textu Regulæ (Ubinam de Ministris Provincialibus loquitur) manifestari potest; quia in omnibus supponitur, illos esse canonicè

electos: sicque electos, suos supponere electores; sicuti supra demonstratum est. Ante dictæ propositionis probationem, sequentia (claritatis gratia) sunt præsupponenda

117 1. Omnes Presbyteros posse concurrere passivè ad Provincialatum. Constat, ex his textus Verbis. *Ipsi vero Ministri, si Presbyteri sunt*, &c. Quod communis approbat sensus; dummodo aliquam inhabilitatem non habeant; quod sic semper est intelligendum; quando de concursu ad electiones agitur.

118 2. Omnes cujuscumque status, sive Choristas, sive Laïcos, posse passivè concurrere ad Provincialatum; supponunt hæc verba textus; scilicet: *Si vero Presbyteri non sunt*, &c. Patet: quia supponunt; quod esse possunt Provinciales, in nostro Ordine, illi Religiosi, licet non sint Presbyteri: ergo vocem passivam Provincialatus, supponunt, in favorem dictorum Religiosorum; & si Presbyteri non sint.

119 RR. PP. Diffinitorii Cathaloniæ (*a*) ex dictis Verbis, constare confitentur: *Religiosum Provincialem posse esse, quin sit Presbyter; Tamen Laicum posse esse, non constat: quia*, inquiunt; *inter Presbyterum, & Laïcum; Diaconus*, Sub*diaconus, & ad Minores promoti, medium tenent.* Ad hoc nullam adducunt authoritatem nec aliam allegant rationem. Non obstat; quia Regulæ lex: *Si vera Presbyteri non sunt, &c.* non distinguit Laïcum à Clerico. Non enim dicit; *Si vero Presbyteri non sunt*; ut Diaconi, Subdiaconi, &c. sed sine distinctione: igitur, nec illi, hic, ponere debent; quia *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus*, ex varijs textibus probat Daoys. (*b*)

120 Confirmatur 1. quia propria significatio istius textus; *Si vero presbyteri non sunt*. Est, supponere posse esse Ministros Provinciales illos, qui; licet non sint Presbyteri; sint tamen de nostro Ordine Religiosi professi, ab inhabilitate liberi; at Religiosi nostri Ordinis, sive Clerici, sive Laïci (etsi non Presbyteri) sunt tamen

(*a*) *in suo Libello seu Litteris. clausʃ. 2. a cap. 4.*

(*b*) *Daoyz. t. 4. p. 2. verb. lex. n. 4. Ex Glo. si. in cap. cum contingat. At id 35. de officio. Deleg. cap. solitè. §. nos autē. et ibi, Glo. Non distinguens. de major. & Obed.*

professi. Nec; quia clerici; aut quia Laïci, aliquam inhabilitatem habent; sicut demonstrabitur, in hujus damni 4. particula: ergo, &c. A qua Verborum significatione propia discedere non deberent: quia *à Verborum propia significatione, non est recedendum; si res aliter salva esse potest;* quædam tenet Glosa, quam allegat, & sequitur Daoyz. (*a*) Unde cum lex ad omnes, qui non sunt Presbyteri, dirigatur, generaliter censenda est in favorem omnium Religiosorum, sive, sint Choristæ; sive Laici. *Nam lex* [quadam docente Glosa (*b*] *dicitur generalis, quæ ad omnes directa est.* Quam dictam generalitatem; ex eo quod dicta verba (*Si Presbyteri non sunt*) simpliciter posita sint; suadet quædam alia Glosa [*c*] dicens, *Quod Verbum simpliciter positum generaliter intelligendum est.*

121 Praxi, 2. confirmatur: verba; nempe. *Si Presbyteri non sunt*; sunt clara; at licet essent obscura; secundum quod plerumque consuevit fieri intelligi deberent. sicut Jus disponit Canonicum. [*d*] Ratio est; quia à Jure [*e*] *Assueta fieri facilè præsumitur.* Sed ab initio Religionis multoties practicatum est, quod Laïci, ut Clerici fuerunt electi Ministri Provinciales, non alio Jure, nisi illo, quod in ipsorum favorem dicta verba supponunt. Constat apud Firmamentum 3. Ordinum, in Decreto inhabilitationis, à Generali Haymone, contra Laïcos, expedito; quod quidem propter dictum Regulæ textum, subsistere non potuit; ut est videndum supra, num. 97. & postea. 137.

122 Confirmatur 3. authoritate quamplurimorum Doctorum (sive extra; sive intra Religionem) de hoc Jure Laïcorum tractantium. Pro ipsis, tenent Universitas Sorbonensis, infrà insertum [*f*] extat illius Decretum: Allegatum quoddam impressum, post finem Apologiæ R.P. Pauli-

(*a*) *Daoyz, ut supra dictione verbum. n. 2. ex Glo. 2. in cap. ad abolendam. De filijs Presbyt.*

[*b*] *ex Glo. Torneamenta in extravag. Qui in Futurorum. Joan. 22. Adducta à Daoyz. ut supra. verb. lex n. 17.*

(*c*) *Glo. pen. in cap. Quanto 16. de censibus.*

(*d*) *Reg. Inspicimus de Reg. Jur. in 6. Glo. 1. in Reg. In obscuris. Daoyz. ut supra, verb. obscurum.*

(*e*) *l. certi. §. si nummos. ff. de reb. cred.* *Jur. pet.*

(*f*) *Sorb. Decretum. n. 133.*

ni de Beauvais, & (*a*) Miranda (*b*), qui adducit RR. PP. Bartholomeum de Pisa, & Antonium de Cordoua. Rodericus (*c*) autem, licet Juri Laïcorum contrarius, sicut & Miranda illud, ex Reg. confitetur, sic. *Non ignoro tamen*, inquit, *quod Pater N. S. Franciscus in sua Regula, authoritate Apostolica confirmata, ordinavit; ut conversi*, intelligt Laïcos, *in ipso ordine, absque Sacris Ordinibus, possint esse Prælati, & habere curam animarum; ac subinde sicut Episcopi, non Ordinati, possunt creare confessarios, & casus reservare*, &c. Qui ex vi præfati textus Regulæ, dictum confirmat propositum. Ex nostris vero sunt plurimi; ut refertur post finem Allegati (*d*) adducti in Apologia dicti R. P. Paulini, post finem. Relatum Regulæ sensum, in favorem Laïcorum, probat R. P. Franciscus Tresquier, Predicator Capucinus, Ex diffinitor, & S. T. Exlector, in suo tractatu, idiomate Gallo, Parisiis impresso 1676. cum approbatione RR. PP. Theologorum nostri Ordinis. (*e*)

123 Confirmatur 4. quia ex communi sensu Religionis, omnes canonicè non inhabiliati, sive Presbyteri, sive Clerici, sive Laici, passivè ad Provincialatum concurrere possunt; sed non alio Jure, alias assignent? nisi ex verbis relatis cap. 7. Regulæ. Imo R. P. Tresquier (*f*) tenet, quod virtute, & jure dictorum verborum Laïci concurrere possunt passivè ad Generalatum. Id (ex relatis verbis) quamquam contrarius, antea docuerat Miranda (*g*) sic: *Fratres Laïci, sive non Sacerdotes, olim ex vi nostræ Regulæ, in nostro sacro Minorum Ordine esse poterant Prælati; non solum Locales (quales sunt Guardiani) verũ etiam. & Provinciales; ut constat ex verbis supra dictis; ut recurrant ad solos Ministros Provinciales. Et eadem etiam ratione, esse etiam poterant Generales*. Hæc ille. Quodque jure confirmari potest; quia Lex, docet Daoyz, [*h*] *recipit interpretationem extensivam, ex similitudine rationis, seu connexitate negotii*. In nostro casu, esto, quod non sit eadem ratio; ut docet Miranda;

(*a*) *Allegatum. à n. 12. usque ad 23.*

(*b*) *Mirand. in Man. Prælat. tom. 1. q. 3. art. 2.*

(*c*) *Roderic. 1. tom. qq. Regul. q. 15. art. 2. circa medium.*

(*d*) *n. 24.*

(*e*) *Approbationes, à n. 73. usque ad 78.*

(*f*) *Tresquier in suo tract. pag. 15.*

(*g*) *Mirand. in Man. Prælat. q. 3. à 2. circa medium.*

(*h*) Daoyz, *tom. 4. p. 2. verb lex. n. 2.*

est tamen similis : ratione cujus similitudinis; ex eo quod cap. 7. Regulæ, supponat Clericos non Sacerdotes, & Laicos posse esse Provinciales; & posse esse Generales supponit; quia juxta quandam Glosam [a] *Ex quo unum conceditur; ergo omnia similia intelliguntur esse concessa*. Ratio est à jure [b] *quia eadem, vel simili ratione suadente idem Jus statuendum.*

His igitur præmissis, demonstrandum venit, Relata verba (*Si vero Pasbyteri non sunt*) supponere; quod omnes, sive Clerici, sive Laici; aliquam canonicam non habentes inhabilitatem (ut semper est intelligendum) concurrere possunt activè, & passivè ad Discretorum conventualium electiones. Probatur 1. ex hoc juris [c] principio. *Si de quo minus inesse videtur, inest; ergo, de quo magis.* At habere jus passivè vocis ad Provincialatum; necnon ad Generalatum, est jus, de quo, omnibus dictis, minus inesse videtur. Nihilominus inest suppositum, à dictis verbis cap. 7. Regulæ; ut supra demonstratum est; ergo de quo magis inesse videtur; scilicet ad minora; ad electiones activè, & passivè Discretorum concurrere posse; debent illa verba supponere. Hoc præcipuè locum habet: cum sic posse concurrere, ad Discretorum elactiones, omnes jus habeant, ex sensu litterali cap. 8. Regulæ. Ut supra demonstratum est à n. 66. usque ad 86. Necnon à consuetudine immemoriali. Constat à n. 87. usque ad 99. 124

Sed clarius 2. suadetur, ex Juris [d] dispositione, tenente: *Cui conceditur, quod majus est; utique & minus, concedi videtur.* Itidem ex quadam Glosa (e) habetur. *Majus, cui conceditur, & minus concessum intelligitur.* Non me latet dictum, ex alia Glosa (f), nempè: *quod majus, quod est, quandoque conceditur; & quod minus est prohibetur.* & ex alia (g) *Majus cum a-* 125

(a) *Glo. Alioqui. in c. Denique dist. 4. Allegantur ibi varij Juris textus.*

(b) *l. Illud. ad l. Aquil.*

(c) *l. qui testamento. in princ. ibi. Et Frater. de testamẽ.*

[d] *l. Filius fa. § si de donat. Glo. ad parem. in cap. fin. de translat. Episcoporum. Apud Daoyz, tom. 4. p. 1. verb. concedo n. 2. Item ex cap. Per vestras. & ibi Glo. ad inopiam. de donat. inter virum.*

[e] *Glo. quod majus. in can. Vfis. 16. q. 2. Apud Daoyz tom. 4. p. 2. Verb. majus.*

[f] *ex Glo. fin. in cap. 1. de torneam.*

[g] *Glo. fin. in cap. 1. de Raptor.*

licui conceditur; non semper sequitur, concedi illi, quod est minus. Attamen non existente prohibitione, vel limitatione aliqua à Jure; primæ Regulæ verificantur; maximè in materia, in qua pro se extat consuetudo immemorialis. Atqui lex Regulæ cap. 7. supponit in favorem omnium dictorum Religiosorum [modo dicto] jus passivæ vocis ad Provincialatum, & ad Generalatum. Quod quidem majus est, quam Jus concurrendi ad discretatum: ergo omnibus dictis Religiosis, modo dicto, supponit concessum, quod est minus; nempe Jus activæ, & passivæ vocis ad electiones conventuales Discretorum: cum non existat aliqua prohibitio (cũ Juris effectu) ex lege, aut constitutione Apostolica; sicut infra, ex huius damni 4. particula constabit. Imo consuetudinem inconcussam, & immemoriabilem esse favorabilem, demonstratum est supra: & patebit amplius infra, allegata 4. particula.

126 Forsan dices cum parte adversa. Omnes aliæ Ordinis electiones, sive activæ, sive passivæ minores sunt, electionibus passivis: Provincialatus nempè, & Generalatus: ergo cum istas immediatè, in favorem omnium dictorum Religiosorum, supponant dicta Verba (*si vero Presbyteri non sunt*) supponent etiam immediatè, in ipsorum favorem, omnes alias Ordinis electiones, sive passivas, sive activas: si illæ Juris allegatæ regulæ verificari debent. At contrarium constat: quia saltem passivè non concurrunt immedatè ad Diffinoratum: nec activè concurrunt ad omnes immediatè, imo ex tali activo immediato concursu inevitabilem confusionem sequi; est evidens, & notorium: ergo &c.

127 Ad instantiam igitur: concedendum quidem est; dicta Verba: *si vero Presbyteri non sunt*, supponere omnes dictos Religiosos posse activè, & passivè concurrere ad dictas electiones: sed tamen, modo dicto; idest, juxta Juris canonici, & seraphicæ Regulæ limitationem expressam, vel virtualem, in Constitutionibus decla-

ratam, & stabilitam: vel per aliquam Apostolicam constitutionem; vel per consuetudinem immemorialem. Sicque nulla sequitur confusio; sed perpulcher, & laudabilis ordo: quem inductivè demonstrabo.

Imprimis immediatè concurrere possunt passivè ad omnes electiones, & Ordinis provisiones. 128
Concurrere namque immediatè ad electionem passivam Discretatus constat ex dictis. Ad provisionem passivam Guardianatus: est, ex praxi Ordinis antiqua; à communi sensu: quod postea amplius manifestabitur. Ad electionem passivam Provincialatus: constat ex dictis. Ad electionem passivam, vel provisionem Custodiatus: constat ex praxi, & communi sensu. Ad electionem passivam immediatam Diffinoratus: aliquem legi tenentem; posse concurrere illos; licet non sint de corpore capituli: Tamen ex cap. 8. constitutionum aliqui in contrarium deducunt: quod praxis approbatum, videtur habere. Quid quid sit de hoc Jure disputare non intendo: sed solum deducere: quod si ad passivam Diffinoratus immediatè concurrere non passumt; hoc erit, vel ex constitutionum; vel consuetudinis limitatione. Et hoc supposito concurrere possunt mediatè; idest mediantibus Discretis, qui nomine omnium à quibus sunt electi, concurrunt. Ad electionem passivam Generalatus immediatè concurrunt, ex supra traditis, & signanter ex deducendis n. 163. & 164. Ad Diffinitorum Generalium electionem passivam: si ex constitutione, praxi, vel alia limitatione immediatè concurrere non possunt: mediantibus autem Discretis coucurrunt ad Provincialatum, & ad Custodiatum; quorum medio concurrere possunt. Ad electionem passivam Procuratoris Generalis immediatè concurrere possunt: cum non appareat aliqua limitatio à Jure municipali. At tamen, si esset; nihil contra supra dictum. Sicque concurrerent mediatè, sicut de Diffinitoribus Generalibus deductum est.

Quantum ergo ad concursum activum, di- 129
cendum

cendum venit: quod omnes dicti Religiosi, ad omnes Religionis electiones, & provisiones activè concurrere possunt, sive immediatè, sive mediatè, juxta Juris, & consuetudinis immemoriabilis coarctationem. Concurrunt immediatè ad Discretatum. Constat ex dictis. Ad Guardianatum, ex Jure (a) communi omnes cujuscumque familiæ, cuiuscumque conventus, ad quem [juxta dictum Jus commune spectabat] tenent, & ex Juris textibus probant Rodericus [b], & Miranda (c) Quod quidem Jus commune, à Jure municipali Constitutionum, c. 8. coarctatum est ad Diffinitorium: Ad quod activè concurrunt, mediante Discreto: Et mediante Diffinitorio, coucurrunt activè ad provisiones Guardianorum &c. Juxta illud principium, ad intentum, debito modo, aplicabile. *Quod est causa causa, est causa causati.* Sic insuper (de Fratrum multitudine, deducta jam supra limitatione Capituli Provincialis Vocalium, ex Regulæ sensu, & praxi) præter id quod coventuales Discreti (inter alios Vocales) habent immediatè vocem activam ad Provincialis electionem: his Discretis mediantibus, alij Fratres concurrunt activè ad Provincialatum; ad Provinciæ Diffinitorum electiones; Custodum; vel ipsorum provisiones; & ad omnes actiones, Capitulo Provinciali, convenientes. Ita similiter medio Custodum (quibus, & Provincialibus, ex cap. 8. Ministri Generalis electio, commissa est) à Discretis, & cæteris Vocalibus Capituli electorum; concurrunt activè ad Generalatum; ad Diffinitorum Generalium, ac Procuratoris curiæ electiones: nec non ad cæteras actiones, & Jura, quæ Generali Capitulo competere possunt.

130 Unde abrogatis Discretis; non solùm abrogatur Jus concurrendi ad electiones conventuales, dictis Religiosis concessum à cap. 8. Regulæ: Verum & Jus, quod supponit cap. 7. Regulæ; concurrendi scilicet ad Ordinis electiones activè, & passivè (mododicto), ad quarum plures, nisi mediantibus Discretis, concur-

(a) *ex can. 3. Abbatem cuilibet 4. Abbatem in Monasterio 5. quam sit. §. defuncto 18. q. 2.*

(b.) *Roder. tom 1. qq. Regul. q. 54. art. 1*

(c) *Miranda. in Man. Pralat. tom. 2. q. 19. art. 2.*

rere non possent: Ut ex duobus numeris antecedentibus claiè constat: sicut & quod ex tali abolitione, introducitur maxima, & lamentabilis mutatio in Ordinis electionibus; quarum Jus concessum est, à cap. 8. Regulæ sensu litterali: quod 7. supponit. Præter dicta. Ita censuit celebris Universitas Sorbonæ: cujus decisionem antequam inseram, gratia illam benè intelligendi; ejus motivum est præmittendum, originatum à quadam Bulla Urbani 8. felic. record. Quæ [sicut refertur à R. P. Paulino de Beauvais (a) Predicatore Capucino Provinciæ Parisiensis] est thenoris sequentis.

(a) In additione p. 78. post finem sui libri apologetici, idiomate Gallo, compositi, Parisijs impressi anno 1642.

Urbanus Papa Octavus ad futuram rei memoriam. Nuper pro parte filiorum fratrum Minorum Sancti Francisci Capucinorum nuncupatorum, nobis expositum fuit: quod alias felic. record. Pius Papa quintus prædecessor noster, dictis Fratribus, vivæ vocis oraculo concessit: Ut Fratres Laici dicti Ordinis vocem in electionibus habere possent; non obstante Concilio Tridentino sess. 22. de Reform. cap. 4. Quæ concessio fuit à Capitulis Generalibus dicti Ordinis limitata: Videlicet; ut Fratres Laici hujusmodi à voce activa, & passiva, in electionibus prædictis, tamdiu exclusi essent, quamdiu integrum quadriennium, in eodem ordine complevissent. Quia vero nos, ex certis causis animum nostrum moventibus, vivæ vocis oracula huiusmodi revocavimus; nobis pro parte sua, Fratres prædicti humiliter supplicare fecerunt; ut sibi in præmissis, ut infra, indulgere, & alias opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, dictos Fratres, specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, ac eorum singulares personas, à quibusuis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis; alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pænis, à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis. Si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censendas, hujusmodi supplicationibus inclinati: quod Fratres Laici dicti Ordinis ad præsens professi, 131

juxta prædictam, dictorum Capitulorum Generalium, limitationem: Illi vero, qui in posterum habitum per Fratres Laicos hujusmodi gestari solitum susceperint, & professionem per eosdem emitti consuetam emisserint regularem: Postquam integro septennio, à die suscepti, per eos habitus hujusmodi in dicto ordine degerint, vocem activam, & passivam, in electionibus prædictis habere liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica authoritate, thenore presentium concedimus, & indulgemus: non obstante revocatione nostra prædicta, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis dicti Ordinis, etiam juramemto, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alias roboratis; statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque: Præsentibus ad triginta annos dumtaxat valituris. Datum Romæ, apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die trigessima septembris millessimi sexentessimi trigessimi septimi. Pontificatus nostri, anno dicimoqninto.

132 Videntes igitur Religiosi Laici Regni Galliæ: quod prædictum Urbani Breve, ipsis immediatè, vel mediatè intimatum, sui Juris acquisiti, & antiqui [posse scilicet concurrendi immediatè, vel mediatè, ad omnes Ordinis electiones] eis multum inferebat præjudicium: Istud humiliter obuiare volentes: ac illud, prudenti, ac securo conservare medio. Isto (Regio patrocinio freti) usi fuere: Proponendi nempè celebri Sorbonæ Univesitati, hæc decidenda. I: quid de suo Jure antiquo, in præfatis electionibus, sentiendum erat? 2: An dictum Jus [ab aliquo jure, Constitutione Pontificia, aut relato Urbani 8. Rescripto] ad presens derogatum esset? 3: Attenta tandem dicti Rescripti qualitate (quod Sorbonæ maturæ exposuere considerationi) quomodo secundum æquitatem procedendum erat? Hæc in summa continentur in libello supplici [difusè relato, post finem dictæ Apologiæ [*a*] quem Sorbonæ præsentavere, super his propositis, decisionem consequuturi. Quæ enim (sicut jacet, post finem allegatæ (*b*) Apologiæ) sic se habet.

[a] In additione à pag. 1. usque ad 6.

(b) In Additione à pag. 9. usque ad 11.

Nos in sacra Theologia facultate Parisiensi Doctores Sorbonici, tenemus; Fratres Minores Capucinos Laicos, jaminde ab institutione sui Ordinis (ut supponitur cap. 7. Regulæ Santi Francisci) accepisse Jus activæ, & passivæ vocis: Illudque perpetua consuetudine confirmatum, etiam nunc retinere. Isti Juri derogatum hactenus non esse constitutione Gregorij noni; ob hanc moderationem (nisi consuetudine aliud fuerit introductum) quia constat, circa tempora Gregorij noni, ac deinceps, e, Fratribus Laicis superiores fuisse. Non item cap. Exeo de electione in 6: cum in eo (præterquam, quod solos non professos, & conversos ab electionibus excludit) specialiter, & expressè non derogetur isti Juri Fratrum Laicorum. Et tamen per Constitutionem noviter editam, nisi expressè caveatur in illa, locorum specialium, & personarum singularium, consuetudinibus, & statutis, non derogetur. cap. licet Romanus de Constitutionibus in 6. Non denique Clementina 2. de ætate, & qualitate: Aut illo cap. 4. sess. 22. Concilij Tridentini; quibus nihil statuitur circa monasticas, & claustrales domos; sed tantum circa eos, qui in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, sive secularibus, sive Regularibus, Divinis officijs mancipantur, quos metu amittendi Juris activæ, & passivæ vocis ad suscipiendos Ordines induci conveniens fuit. Unde censemus, dictos Fratres Laicos, nihil præter Jus, & æquum; sed convenienter isti solicitudini facturos, qua contenta suis Regulis, & servata per consuetudinem Jura sarta tecta transmittere debent in futurum; si legitimis, ac congruentibus modis agant apud summum Pontificem; & ea, qua par est humilitate consequi conentur; ne Jus activæ. & passivè vocis, e, suis Regulis, & perpetua consuetudine ad se transmissum; solum accepisse judicentur à Pio quinto vivæ vocis Oraculo; aut vi præfati Brevis summi Pontificis Urbani Octavi. Quod Ius illud nomine privilegij vocat; in posterum detrahatur. Actum Parisijs in Sorbona, die decima quinta septembris, anno Domini millessimi sexentessimi quadragessimi.

Mulot Decanus Facultatis Parisiensis , *& senior domus* Sorbonica,

N. Ysambert , Doctor , & Professor *Regius in Theologia.*

Froger , Doctor Sorbonicus , *sacra totius Facultatis* Syndicus , *&* Pastor *Ecclesia Parochialis* S. *Nicolai , e , Cardineto* Parisiensis.

I. *Charton , Doctor* Sorbonicus , *& Ecclesia* Parisiensis *summus* Panitentiarius.

M. Grandin Doctor Sorbonicus , *& Moralis Theologia* Professor.

134 Sorbonicæ decisiones semper fuere , & nunc apud omnes magnæ sunt authoritatis : sed prædictam , non minoris profunditatis , quam authoritatis esse judico. Unde ad prætensam indagandam veritatem ; super illa est discurrendum. Ita incipit. *Nos in sacra Theologia facultate &c. tenemus ; Fratres Minores Capucinos Laicos , jam inde ad institutione sui ordinis* [*ut supponitur cap. 7. Regula S. Francisci*] *accepisse jus activa , & passiva vocis &c.*

135 Hæc verba : nempe : *Accepisse jus activa , & passiva vocis &c.* Cum non coarctentur ad istam , vel illam Ordinis electionem ; videntur indefinita : Unde generaliter accipienda sunt ; sicut communiter docent Logici : & in via juris diximus cum Prateo n. 83. ac tenet ex Glosis Daoyz (*a*) Ergo , secundum Sorbonæ decisionem , ab institutione Ordinis , cap. 7. Regulæ , in favorem Laicorum , aliquo modo , supponere jus activæ , & passivæ vocis , ad omnes Ordinis electiones. Et benè : Nam à n. 118. usque ad 123. dicta Regulæ verba supponere ostendimus : quod Laici concurrere possunt ad Ordinis præstantiores electiones , & majoris ponderis. Unde à n. 124 , usque ad 130 , per Juris regulas demonstravimus , illa verba debere supponere [modo dicto nn. 127. 128. & 129] in favorem Laicorum , sicut , & Clericorum Jus activæ , & passivæ vocis , ad cæteras Ordinis electiones : quæ sine dubio sunt inferiores , & minoris ponderis ; veluti Discretorum electiones ;

[*a*] *Daoyz. tom 4. p. 2. dict. Verbum. n. 5. Ex Glos. Bona. in c. Relatum de testam. Et n. 9. allegat Glos. fi. in cap. p.. de verb. oblig.*

ergo istas, in dictorum Religiosorum favorem supponunt; juxta demonstrata n. 124. & 125.

Et adhuc; cum in dictorum Religiosorum facultatem, supponant Jus activæ, & passivæ vocis, ad cæteras Ordinis electiones; sicut dictum est, ad quas concurrere non possent, nisi Discretorum medio; ut n. 128. 129. & 130. Discretorum electiones, hac altera ratione, & in dictorum Religiosorum favorem, dicta verba supponunt; quia supponentes effectum, supponere debent causam, perquam concurrere possunt; quam nullam aliam assignare poterunt; nisi Discretorum electiones: Alias assignent?

Sic est sensus genuinus Decisionis Sorbonæ; 136
alias assignent, quo alio modo Verificari possunt hæc Sorbonæ verba? *Tenemus Fratres Minores Capucinos Laicos, jaminde ab institutione sui Ordinis (ut supponitur cap. 7. Regulæ Sancti Francisci) accepisse Jus activæ, & passivæ vocis.* Ponderetur illud; *accepisse Ius activæ, & passivæ vocis*: quod quidem indefinitum esse, ex n. 135; constat. Unde Sorbonæ responsio, non coarctatur ad Discretorum electiones; sed extenditur ad omnes Ordinis, quas in Laicorum facultatem; supponere cap. 7. Reg. modo dicto, tenet. Sorbonæ dictamen habent, & probant quamplurimi Doctores, tum extra; tum intra Religionem, videndi in Apologia R. P. Paulini de Beauvais [a] Et in tractatu R. P. Tresquier (b). Unde cum hoc Jus à Regula sit; benè decrevit Sorbona; quod ab institutione sui Ordinis; acceperunt: *Perpetua* (inquit) *consuetudine confirmatum; etiam nunc retinere.* Constat; quia hoc Jus; cum sit à Regula, nunquam abrogatum fuit; probat Sorbona: & nunc 4. particula ad opposita clarè demonstrabimus.

(a) (b) Allegantur. num. 122.

IV PARTICULA
Ad opposita.

Variis Decretis objicit pars adversa; tum contra Laicos; tum contra alios: quos 137

utçumque defendere non intendo; sed præcipuè Regulæ nostræ seraphicæ sensus puritatem; ac Santi Patris intentionem, quam (ablatis cabillationibus) simpliciter, & devotè omnes ejus filij amplecti, & servare debemus. Quare veris solutionibus opponentibus satisfacere conabor.

Imprimis objiciunt contra Fratres Laicos: Nam illos privatos esse Jure vocis activè, & passivæ concurrendi ad Ordinis electiones; affirmarunt aliqui, jam per Decretum Generalis Haymonis, supra relatum n. 97, in Capitulo Generali, præsente Gregorio 9. à quo [dicunt] approbatum fuisse. At tale Gregorij 9. approbationis Decretum, non extat; nec à parte allegatur adversa: Chronica antiqua; ne S. Bonaventura mensionem faciunt; ut observavit R. P. Paulinus (a). Et licet tale Decretum Gregorij 9. expeditum fuisset; tamen in Ordine non fuisse receptum; est certum. I; *quia constat* [observavit Sorbona] *circa tempora Gregoij, ac deinceps, e, Fratribus Laicis superiores fuisse,*

(a) *Paulin. in Apolog. p. 69.*

Et benè; nam circa tempora Gregorij 9. vel paulo post ipsius obitum [qui apud Chronica Ordinis (b) accidit 1241] in ipsis Chronicis [c] fit honorabilis mensio de quodam Sancto Guardiano Laico; non quod, eo tempore, de Laicis, ille solus esset Prælatus in Religione; sed quia singulari luxit devotione, & admirabili charitate, quam circa subditum moribundum, magna fide exercuit. Unde honorabili memoria dignus fuit; sicut, & alij cujuscumque status, propter aliquam notabilem excellentiam, juxta Annalium stylum. Post Gregorium 9. in Religione seraphica; tum ante reformationes; sive postea apud Observantes, ac inter Capucinos; multi, & multoties fuerunt Laici, non solum Prælati minores; verum, & Majores; constat ex Ordinis historijs; ut est videndum in authoritatibus relatis n. 122. Præcipuè apud RR. PP. Paulinum, & Tresquier, ibi allegatos. Unde Dictum Gregorii 9. Decretum; vel non fuit expeditum; vel si sic, non fuit usu

[b] *Chron. 2. part. lib. 1. cap. 10.*
(c) *Chron. ut supra. cap. 31.*

receptum; utique contrarium cap. 7. Regulæ. R. P. Paulinus (a) allegans Uvandignum [b] affirmat; quod Gregorius 9. has reintegravit res, sicuti erant. Quantum ergo ad Generalis Haymonis relatam inhabilitationem, non valere, nec ligare passe (quia contra libertatem, & facultatem expressam cap. 7. Regulæ.) habetur in Firmamento 3. Ord. videndum supra, n. 97. Et adhuc nunc (juxta dictam libertatem; sicut mihi retulerunt) apud Observantes in Italiæ aliqua parte, sunt aliquoties Laici Guardiani. Quibus deductis hæc instantia nihil facit.

Nec deinde, *Ex capite, ut Abbates. De Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.* Inquo ita disponitur. *Ut Abbates, Decani, & Præpositi, qui Presbyteri non sunt; Presbyteri fiant &c.* Et paulo post *Quod si aliqua justa causa prohibente, Presbyteri, aut Diaconi esse non potuerint Prælationes amittant.* Unde, cum Laici in suo statu permanentes, Presbyteri, aut Diaconi fieri non possint: igitur ex Jure communi ad Prælationes inhabiles sunt. 138

Non valet instantia. 1: Quia, ut apparet, ex diversis cap. juris, ibi à Glosis allegatis; solum hic loquitur de Clericis sæcularibus, vel Regularibus: Non autem de Religiosis speciale habentibus institutum, ex Regula concurrendi ad Prælaturas; quamvis Presbyteri, aut Diaconi non sint: Ut nostri Laici, ex cap. 7. Regulæ: Alia extant exemplaria, quæ omitto. 2: Dato, & non concesso; quod omnes quoscumque comprehenderet Religiosos: cum tamen hoc Gregorij 9. Decretum, nullam faciat mensionem de statu Minorum, ante ipsum ab Innocentio 3. & Honorio 3. approbato, & confirmato, ac consuetudine stabilito; jure (c) non censetur derogatum. 3: Quia ipse Gregorius, si hoc decrevit, Regulam Minorum declarans, illam approbavit, & confirmavit: constat in Firmamento (d) Et in corpore juris (e) 4: Quia post Gregorium 9. Nicolaus 3. [f] & Clemens quintus (g) In Concilio Viennensi, nostram declaraverunt

[a] *Paulin. in sua Apolog. p. 7.*

(b) *Vuan. tom. 1. Annal. 1239. pag. 579. n. 7.*

[c] *cap. licet Romanus. De Const. in 6.*

(d) *In firm. 3. ord. 4. part fol. 2.*

[e] *cap. exiit de verb. signif. in 6. §. sed nec.*

[f] *cap. exijt, ut supra.*

[g] *clement. exivi. de verb. sign.*

declaraverunt Regulam, approbaverunt, & confirmaverunt; Quemadmodum constat in corpore juris allegati. Unde confirmantes Regulam, & cap. 7. [cujus vi concurrere possunt ad Prælationes, licet non Presbyteri, aut Diaconi) esse approbatum, & confirmatum, constat. Quod indubitabile reddit Ordinis consuetudo, post dictos Pontifices, laudabiliter practicata. Constat in Ordinis chronicis; tum ante reformationes; tum post; sive apud Observantes; sive apud Capucinos.

139 Insurgunt 3. *Ex cap. Ex eo. De electione in* 6. Jure sic, ibi disponente. *In Ecclesijs quoque Regularibus, vel Monasterijs, hi, qui non sunt tacitè. vel expressè professi; non debent cum professis; vel conversi laici, cum clericis, electionibus interesse.*

Non obstat; *cum in eo* (benè resoluit Sorbona) *preterquam solos non professos, & conversos, ab electionibus excludit; specialiter, & expressè non derogetur isti Juri, Fratrum Laicorum.* Hic insuper conversi Laici, non intelliguntur Laici qui verè sunt Rèligiosi. Patet ibi in Glosa: *electionibus*, ubinam varia allegantur Juris capita. Et clarius: ibi Glosa: *Conversi Laici*, quæ ita tenet: *De conversis ergo hic loquitur: Monachi ergo, vel fratres professi, indistinctè admittuntur.* Adhoc varios Juris allegat textus. At Laici in Ordine nostro, sunt verè Religiosi professi; sicut & Clerici: Nec dicendos esse conversos, demonstrat Miranda (*a*); Imo valdè distinctos esse à conversis, latissimè ipse probat Miranda [*b*]. Unde ex hoc Juris communis textu, non sunt excludendi nostri Laici; sed admittendi ad Ordinis electiones. Non sunt excludendi: quia de ipsis non loquitur: Nec ipsorum Juri, ibi [sicut benè observavit Sorbona] specialiter, & expresse derogetur. Imo sunt admittendi; Tum ex dictis in Glosa: *Conversi Laici*: Tum quia solum excludendo non professos, & conversos; professos, & verè Religiosos admittit; quales sunt Laici nostri. Quia exceptio firmat regulam in contrarium. Quod perpetua consuetudo,

(*a*] Mirada in Man. Pralat. tom. 2. q. 3. art. 2.

(*b*) Miranda 1. tom. q. 29. art. 1. & 2.

M

quam pro se habent, ex Jure (a) confirmat.

(a) Ex cap. Cumana Ecclesia. De Electione.

Objiciunt 4. contra Laicos, & Clericos, 140
qui non sunt subdiaconi. Ex Clementina, de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum cap. 2, ita tenente. *Ut ij, qui Divinis, in Cathedralibus, vel Collegiatis, sæcularibus, vel regularibus Ecclesijs, sunt mancipati Officijs, vel mancipabuntur in posterum, ad suscipiendos sacros Ordines propensius inducantur: statuimus, ut nullus de cætero, in hujusmodi Ecclesijs vocem in Capitulo habeat (etiam si hoc sibi, ab alijs liberè concedatur) nisi saltem in Subdiaconatus Ordine fuerit constitutus.* Ergo Laici, & Clerici, qui non sunt subdiaconi, non habent vocem in Capitulo.

Non obstat. Imprimis non esse contra Laicos ostenditur, ex Glosa ibi: *Mancipati*; ita dictam 141
declarante Decretalem: *In his ergo, qui non sunt deputati ad Divina Officia; quales sunt conversi, vel professi Laici, præcipuè in Ecclesijs Regularibus, nihil puto mutatum per hanc Constitutionem: & sic salvum manet, quod de electione. cap. Ex eo quod. lib. 6. in fi. Et ità servatur; alias sequeretur, quod per hanc Constitutionem Moniales non haberent vocem in suis Capitulis, quæ propter sexus fragilitatem, non sunt capaces Ordinum*, Allegat textum &c: ergo &c.

Deinde præsentem Constitutionem, non esse contra Laicos; nec contra nostros Clericos, non 142
subdiaconos. Constat, 1: Ex Sorbonæ decisione, declarante, hanc Constitutionem nihil statuere circa Monasticas, & claustrales domos; sed solum circa Ecclesias Cathedrales, & Collegiatas, sive sæculares; sive Regulares. Ita fatentur Authores allegati RR. PP. Paulinus, & Tresquier; & alij apud ipsos. Et patet; quia textus solum loquitur de his, qui, in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dictis, Divinis Officijs sunt mancipati; At Fratres Minores, sive Laici; sive Clerici, non sunt mancipati in Ecclesis hujusmodi; ergo &c.

Suadetur insuper; ex dictæ Decretalis expeditionis fine, quem talem esse exponitur in casu 143

ipsius Decretalis, circa medium, sic. *Not. Quod mancipati; id est deputati Divinis Officijs, & ministerijs, quam citius possunt debent promoveri ad sacros Ordines ad illum finem, ut ab illo statu non possint retrocedere* &c. Et paulo post. *Idest non mutent suam voluntatem, nec uxorem accipiant.* Cujus finis, pro Religiosis professis, sive Clericis, sive Laicis, intentus esse non potuit; cum, ex eo, quia professi, ab statu Ecclesiastico retrocedere non possunt; & minus uxorem accipere. Ergo pro ipsis *deficiente fine præsupposito, deficit, & legis* [a] *dispositio. Et cessante ratione legis* (b) *cessat lex.*

144 Constat 2; Ex dictæ Clementinæ titulis [c]; Quod idem Clemens, quintus, qui in Concilio Viennensi hanc edidit Constitutionem, & declaravit, & confirmavit Regulam nostram. Quare non est dubitandum, approbasse, & confirmasse tunc cap. 7. Regulæ, cujus virtute possunt concurrere ad Provincialatum passivè, & hi, qui non sunt Presbyteri; unde ex hujus cap. 7. verbis, Laicos [qui non sunt in sacris] concurrere posse; & ad cæteras Ordinis electiones; sicut supra fusè demonstratum est. Igitur hæc Decretalis illos ab electionibus non excludit; & eadem ratione; ut supra, nec Clericos adhuc non subdiaconos. Quodque Clarius patet; Nam dicta Clementina (d) 8. Regulæ exponens, declarans statuit, Ministri Provincialis providendi, electionem ad Capitulum Provinciale pertinere; sicque [ut est notum] ad vocales dictum constituentes Capitulum; quos (inter alios) Discretos conventuales esse, fusè demonstratum manet supra 1; particula, & signanter ab ipsa Decretali n. 71. Ad quorum Discretorum electiones omnes cujuscumque familiæ, sive Laicos, sive Clericos, licet non subdiaconos; activè, & passivè concurre posse, declaratum, & statutum fuit, in statutis, & declarationibus Generalibus, & Papalibus videndis, nn. 72. 73. 74. & signanter ad casum. n. 75.

145 Constat 3. Minorum Regulare institutum, esse

(a) *L. Generaliter. §. Si quis tutorem. de fid. Liber. l. neque enim. §. 1. de mili. testa.*

[b] *L. quod dictum. de pac. l. adigere. §. quamvis. de jure Patro.*

(c) *Clement. tit. de ætate, & qualitate, & Ordine præficiendorum. Et tit. de Verb. signif.*

(d) *Exivi. §. Demum. de Verb. signif.*

ante dictam Decretalem; à multis Pontificibus approbatum, & confirmatum: in corpore juris insertum cum approbatione, & confirmatione Nicolaij 3. cap. exijt. De Verb. signif. Perpetua consuetudine stabilitum: ergo cum in hac Decretali posteriori illud expressè non-caveatur, non intelligitur in jure (a) in aliquo derogatum.

(a) cap. licet Romanus de consit. in 6.

Præterea: Laicos, & Clericos, Non Subdiaconos, ad Ordinis electiones activè, & passivè concurrere; post dictam Decretalem, & à longo tempore servatum sic fuisse; constat 4, ex dictis statutis & declarationibus Generalibus, & Papalibus: Nàm ista ex antiquioribus Regulæ declarationibus [ut n. 73.] fuerunt edita anno 1508. & approbata, & confirmata à Julio 2. anno 1510; ut est videndum n. 72. Illa vero Decretalis, sub anno 1311. Ergo &c. 146

147 Constat 5. quod hoc practicatum fuit [ab initio nostræ reformationis] apud Capucinos, sine ulla dificultate, ante Decretorum Concilij Tridentini publicationem: Nam anno 1536. nostras Constitutiones, ampliori forma, compositas esse, refert noster Annalista Bouerius (b) In quibus extat: quod Laici, & Clerici, licet non Subdiaconi, utramque habeant vocem in electionibus Discretorum.

(b] Bouerius, sub anno 1536.

Non me latet: quod (apud RR. PP. Regularis Observantiæ, referente Miranda (c) Clerici, qui non sint in sacris, non concurrunt in electionibus. Fatendum quidem est hoc esse ex particulari Constitutione, & statuto Regularis Observantiæ: Non autem [sicut demonstratum est] ex vi dictæ Decretalis. Imo tenendum, hanc Decretalem nihil decrevisse circa Religiosos; sed reliquisse illos uti jure communi *De Electionibus in 6. cap. Ex eo. §. In Ecclesijs.* Ubinam solos conversos [qui non sunt veri Religiosi] & & non professos excludit ab electionibus: Ergo Laicos nostros (qui sunt verè Religiosi) & Clericos, licet non Subdiaconos (dumodo sint professi) admittit. Videatur, n. 139.

[c) *Miranda in Man. Prelat. tom. 2. q. 22. art. 3.*

148 Objiciunt 5. ex Concilio Tridentino sess. 22. cap. 4. sic disponente: *Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata sæculari, vel regulari Ecclesia, Divinis mancipatus Officijs, in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit vocem in hujusmodi Ecclesijs, in Capitulo non habeat: etiam si hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum &c.*

Non obstat. 1. Nam quibus nihil statuitur circa Monacos, & Religiosos Mendicantes; sed tantum circa eos, qui in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs, sive sæcularibus, sive Regularibus, Divinis Officijs mancipantur; ut textum intuenti clarè constat. At Religiosi nostri, Divinis Officijs, in Ecclesijs hujusmodi, non mancipantur; nec possunt, propter suam professionem. Ergo &c. 2. quia à sacra Congregatione Eminent. Card. S. R. Ecclesiæ super Concil. Trident. Ita declairtum esse, apud RR. PP. Paulinum *(a)* & Tresquier *(b)* quem sensum defendunt, & alij apud ipsos. Et ante illos Rodericus *(c)* hunc latissimè, & erudissimè probans sensum allegans varios juris textus, Glossas, & Doctores. 3. quia sic decisum fuit à celebri Sorbonæ *(d)* Universitate. 4. quia Clementinam allegatam n. 140. Concilium (ubi sic dicitur) *præsenti Decreto innovat.* Nihil ultra addit; sed stabilitum innovat: at, dictam Decretalem, Religiosos (licet non Subdiaconos) non excludere ab electionibus; imo jure concurrendi illos relinquere; constat à num. 141. usque ad 147. Ergo &c.

(a) R. Paulin. in sua Apolog. pag. 63.
(b) Tresquier, pag. 45. & 46.
(c) Roder. tom. 2. q. 52. art. 5.
[d] Sorbona; ut supra n. 133.

149 Instant ex nostris constitutionibus, quæ cap. 8. ita disponunt: *Chorista, [licet non Subdiaconi] & etiam Laici possunt habere vocem in electionibus, per declarationem, & concessionem* Pij *quinti felic. record. non obstante Decreto Concilij Tridentini sess. 22. de Reformat. cap. 4.*

Opponentes vim faciunt, in termino *Concessionem*, intelligentes, Religiosos Laicos, & Clericos, adhuc non sub Diaconos inhabiles fuisse ad Ordinis electiones, per dictum Tridentini Decretum: Hoc tamen non obstante, per Pium

quintum, hoc jus illis concessum fuit: Unde, secundum illos Pius quintus, in gratiam dictorum Religiorum, aliquid de novo fecit; addens illis jus concurrendi ad electiones, quod per Tridentinum erat abrogatum. At ex hac intelligentia maxima sequuntur *absurda ab omni dispositione*, in jure (*a*) *rejicienda*: Ergo &c.

150 Sequitur imprimis contradictio: Nam ante terminum. *Concessionem*; est alius, scilicet; *Per declarationem.* Sic dicit textus: *Chorista &c. possunt habere &c. per declarationem, & concessionem Pij quinti &c.* Declarans enim, (secundum juris Glosas (*b*) communiter receptas) non facit jus novum; sed vetus declarat. Unde in jure (*c*) Declarationis effectus est quod tollit dubium, quod erat in dispositione præcedenti: Et sic declarans nullum novum jus addit: sed declaratum permanere tenet: Ergo dictorum Religiosorum jus concurrendi ad electiones declarans Pius quintus; & si PP. antiquorum dubium tollit; tamen illis Religiosis, novum jus concurrendi, non dedit; nec aliquid, de hoc jure, illis addidit de novo. Nihilominus secundum præfatam intelligentiam per li *concessionem* dedit, & addidit. Dare; & non dare: Addere; & non addere; est manifesta contradictio in eadem Constitutionis dispositione, ad idem, & secundum idem: Quod esset maximum absurdum impositum illis RR. PP. qui constitutionem disposuerunt.

151 Secundum sequeretur; quod nempe à tempore publicationis Clementinæ Decretalis, *De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum, cap. Ut ij qui.* Confectæ in Concilio Generali Viennensi circa annum 1311.; usque ad concessionem relatam Pij quinti, quæ fuit circa annum 1565. Patres Ordinis in electionibus operavissent concontra jus Canonicum, stabilitum in dicto Concilio Generali Viennensi. Quia constat, quod dictum Trident. Decretum solum innovat illam Decretalem; Et nihil novi, super ibi stabilitum addidit: Patet in textu; ac etiam cum sit idem, & sub eisdem Verbis, sicut in tali Decretali ex-

[*a*] *L. nam absurdum, de bon. liberto. L. 1. §. Unde quæritur. de publica.*
[*b*] *Glos. declaramus. in cap. quia sæpè. De Præbendis, in 6. Clementina, si Romanus, & ibi Glo. pe. de Præbendis. Apud Daoyz, tom. 4. part. 1. Verb. declaramus.*
(*c*) *In princ. proœmij lib. 6. cap. Constitutionem. De Sententia excommunicationis in 6. Apud Daoyz, ut supra.*

tar. Sed secundum vestram intelligentiam, ex Trident. Decreto Religiosi, qui non sunt Subdiaconi ad electiones concurrere non possunt: Ergo sic similiter debetis dicere, per dictam Decretalem. At post dictam Decretalem Religiosi Laici,& Clerici non Subdiaconi concurrerunt, ut supra n. 146. & apud Capucinos, n. 147. Ergo toto isto tempore operati essent, in electionibus contra jus Canonicum, & præfati Concilij Generalis statutum. Vel respondeant, quo jure, dicti Religiosi, post relatæ Decretalis publicationem concurrere potuerunt?

152 Vera intelligentia est: quod dicti Religiosi concurrentes, non contra relatam Decretalem; imo concurrebant juxta Decretalis intentionem [sicut supra deductum est à n. 141. usque ad 147.] Nec contra Concilium; sed secundum PP. Concilij Tridentini intentionem; constat ex n. 148. & sequentibus, & Clarius ex dicendis numero 156. & numero 157. Verum quidem est, quod PP. nostri antiqui, post Decretorum Concil. Trident. publicationem dubitavere: An per dictum Decretum Laici, & Clerici, non Subdiaconi erant inhabiles ad Ordinis electiones: unde ad ipsorum scrupulis satisfaciendum, à Pio quinto, tunc Dei Ecclesiam feliciter gobernante supplices declarationem petiere: quæ (referente Boverio (a) ita fuit: ut dicti Religiosi concurrere poterant per nostri Ordis privilegia; non obstante Concilio Tridentino. Hoc itidem à Rescripto-Apostolico (ad hunc intentum à R.P. Eusebio de Ancona, tunc curiæ Romanæ Generali Procuratore consequuto) constare, affirmat R. P. Beauvais (b) ac relata privilegia esse Regulæ, & ipsius confirmationis: cujus confirmationi addidit solum Pius quintus per suam scilicet *Concessionem*, in constitutione expressam, suum concensum: vel novam confirmationem.

153 Patet ex constitutionum textu; nempè: *Per declarationem, & concessionem, &c.* Nam *concedo*, Verbum est Generale; & accipitur in jure (c)

(a) Bover. sub. anno 1529.
(b) Beauvais. in sua Apologia.
(c) Glo. titulo. in cap. 1. de usuris. in 6. Ibi ff. loco. L. si uno. & hi etiam sunt tituli ff. & Cod. pro emptore, & pro donato.

secundum naturam contractus, cui adjicitur. Hoc docet Baldus (*a*): Ergo cum li terminus, *& concessionem* addatur declarationi; cujus natura est, nihil juris novi addere; sed veteris dubia tollere, hanc naturam debet sequi illa Pij quinti concessio. Et concordat cum Grammaticali significatione: quoniam li *concedo* [teste Calepino) (*b*) pro consentio aliquoties accipitur, quo sensu prædicta evitatur contradictio; & legendus est constitutionis textus; nempè; *Per declarationem, & concessionem* &c. *& concessionem*; idest concensum, vel confirmationem Pij quinti &c.

[*a*] *Bald. in l. Non ambigitur. ff. de legibus.*

(*b*) Calep. *V. concedo.*

Nec 6. contra Laicorum nostrorum Jus concurrendi ad Prælationes cum voto (*c*) arguere valent, eodem Concil. sess. 24. c. 12. quamquam ibi disponat sic. *Nemo igitur deinceps ad Dignitates quascumque, quibus animarum cura subest promoveatur; nisi, qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit, & in Clericali Ordine versatus, doctrina, ad suum munus exequendum, necessaria, ac morum integritate comendetur &c.* Quia ex hoc Tridentini capite; sive ex capite *cum in cunctis. De elect.* hic à Tridentino innovato; sive ex Glosis, & communi sensu, nihil hic statuitur circa Religiosos Mendicantes; quorum Prælaturæ non sunt Dignitates, de quibus hic agitur. Et dato. & non concesso, quod Mendicantium Prælaturæ venirent comprehensæ, *per li Dignitates quascumque*; non adhuc nostros Laicos hoc excluderet Decretum; cum illis Jus concurrendi concessum sit à Regula cap. 7; ut supra, quæquidem à Concilio, in nullo est abrogata; imo, ut infra confirmata. videantur, & alia, quæ supra fusè tradita sunt. 154

[*c*] *Apud Miranda in Man. Prælat. tom. 2. q. 3. art. 2.*

Nec insuper, sacram C. Majestatem (ac Regio intercedente medio) suam Sanctitatem informantes, ad effiectum consequendi Rescriptum Discretorum abolitivum n. 4. positum, motivum dare poterant affirmantes; quod illorum abolitio Decretis Concilij Trident. sess. 25. c. 6. ibi (*Nec in posterum Liceat, Provinciales, aut* 155

Abbates,

Abbates, Priores, aut alios quoscumque Titulares, ad effectum electionis facienda constituere &c.] Magis conformis videbatur. sed, salva pace, dictum motivum, vel causa [sive illam reputarent motivam; sive impulsivam] est surreptitia, contra veritatem; Quatenus hoc Decreto (secundum qnandam Eminent. Cardinalium S. R. E. declarationem, à Marcilla [*a*] relatam) sacrum Concilium vocem inhibet Titularium, qui præcipuè ad superiores eligendos, electi sunt; non autem voce privat Titulares veris fruentes titulis. Et siquidem informantes, nostro casui hunc textum applicare voluerunt animatvertere tenebantur: Quod si Discreti, ad superiores eligendos, eliguntur; non enim vero carent titulo; nam illum à seraph. Regula concessum habere fusè demonstratum est, hujus damni partic. 1. 2. & 3. A nullo Jure abrogatum; ut partic. 4. Imo à tantis Pontificibus confirmatum; sicut ibi part. 4: Immemoriali, & perpetua consuetudine stabilitum, videndum à n. 88. usque ad 99.

[*a*] *Marcilla Lib. 1. de ætat. & qualitat. tit. 2. cap. 24.*

156 Potius autem Discretorum electiones esse juxta SS. PP. Concilij Tridentini intentionem sufficienter declaratam sess. 25. de Regularibus cap. 1. ubinam dicitur, quod Sancta Synodus. *Hoc Decreto præcipit, ut omnes Regulares tam viri, quam mulieres, ad Regula, quam professi sunt, præscriptum, vitam instituant, & componant.* Ex quibus patet, dictorum PP. intentionem esse, quod Regulares suam instituant, & componant vitam in agendis, non solum secundum expresse præscriptum in sua Regula; sed etiam secundum illius sensum litteralem, intentum à Fundatoribus, declaratum à Capitulis Generalibus, & præcipuè à summis Pontificibus, Generalibus Concilijs, ac perpetua consuetudine roboratum. At Discretorum electiones sunt hujusmodi: Nam illas esse juxta litteralem sensum [constat 1. partic. 2. & 3.) intentum à S. Fundatore [constabit partic. 5.) declaratum à Capitulis Generalibus [constat supra, signanter à n. 72. usque

ad 78. A Summis Pontificibus (ibi & n. 71. & 4. particula) A Concilijs Generalibus, n. 71. & 91. & 92. A consuetudine, constat à n. 88. usque ad 99. Ergo &c.

Insuper dicti PP. Concilij eadem sess. cap. 2. 157
propè finem, loquendo de Regularibus, qui sub arctioribus Regulis, vel statutis vivunt, declarant, ita: *Eos ab eorum instituto, & observantia Sancta Synodus amovere non intendit.* Regulam, seu institutum Seraph. P. S. Francisci, esse omnibus alijs strictius, doctissimè demonstrat Seraph. D. S. Bonaventura (*a*). Ergo cum illam, vel illud, pro viribus, observent Capucini; sequitur; eos, ab eorum instituto, & observantia, non solum præceptiva; sed etiam facultativa, sancta Synodus amovere non intendit. Atqui ad Discretorum electiones, omnibus est jus facultativum, à Seraphica Regula concessum; sicut supra latè demonstratum est, & amplius deducetur 5. partic. Ergo &c. Si hanc veritatem informatores Regi Catholico, ac Pontifici Summo exposuissent; credendum est, quod ab illo patrocinium, nec ab isto Rescriptum consequuti fuissent. Attamen illam, & alias manifestandas occultavere; Ideoque illam informationem obreptitiam esse constat, & patet in principio §. 4.

(*a*) S. Bonavent. *tom.* 7. 4. *part. Opus. super hac verba cap.* 2. *Regula.* Et nullo modo licebit &c. & 9. 12. & & 13. *super* Reg. S. *Francisci.*

Præterea Rescriptum Urbani 8. positum n. 131. 158
Fratrum Laicorum Jus concurrendi ad electiones præjudicans; nullum effectum habuit. Et merito quidem; erat enim surreptitium, & obreptitium. Surreptium esse ex ipsius Rescripti narrativa constat: quoniam pro causa motiva fuit Summo Pontifici expositum; quod Pius quintus Fratribus Laicis jus concurrendi ad electiones vivæ vocis oraculo concessit; quam informationem à veritate esse alienam, constat ex dictis usque nunc, signanter à n. 149 usque ad 153: Ideoque supreptitium. Satis enim patet ex dictis supra, præcipuè 3. particula, dictos Fratres Laicos, jus concurrendi ad Ordinis electiones, non à Pio quinto; sed iam à sua Regula ac-

cepisse, à nullo jure abrogatum; imo consuetudine firmatum. Hanc veritatem aperiendam omisserunt: sicque dictum Rescriptum obreptitiũ fuisse, censendum est, ex principio, §. 4. Et nullum, ex §. 5.

159 Illud constat non fuisse in exequutione positum; imo derogatum ab ipso Urbano 8. sic affirmatur in Decreto relato à R. P. Tresquiet (a) ad instantiam, & in favorem. FF. Laicorum, à Reverendissimo P. Generali F. Innocentio à Calatayerona, Parisijs in nostro conventu Sancti Honorati expedito, sub die 25. Junij 1647. ac de ejus mandato, ibi in Capitutulo Provinciali pleno publicato; Inquo asserit sua Reverendissima, Illud Urbani 8. præmemoratum Rescriptum, vocatum *triginta annorum*, ab alio, ab ipso Urbano 8. 1643 expedito; jam revocatum esse. Indicto insuper Generalis Decreto, de idiomate Gallo, in Latinum fideliter verso; ita habetur. *Tandem Fratres Laici, pro sua integra satisfactione desiderantes adhuc aliud habere Breve, quod illud triginta annorum, in terminis expressis, revocet: quamquam non sit necessarium; nos nihilominus diligentias faciemus ad illud obtinendum, ob finem illis plenè satisfaciendum.* Si istud Breve fuit consequutum, necne? Nescio; quod autem scio, & constat, est; Quod dictum Urbani 8. Breve positum n. 131. in Gallia, vel in alia parte, nunquam fuit in exequutione positum.

[a] Tresquier *in suo tractatu à pag.* 79. *usque ad* 82.

160 Postremo Rescriptum Discretorum abolitivum insertum à n. 4. usque ad 6. pro hac nostra Cathaloniæ Capucinorum Provincia, surreptitium, & obreptitium esse manifestè constat, ex dictis, & dicendis in principio §. 4. & per consequens nullum, ex §. 5. unde in jure effectum nullum producere valet: licet in nostra Provincia fuerit in exequutione positum; sicut demonstrabitur §. 6.

161 Unde patet, quod circa Discretorum praxim, apud nos Capucinos nulla alia fuit variatio, nisi hæc facta, per dicti Rescripti exequutionem: Quod saltem pro nostra Cathaloniæ Pro-

Provincia esse surreptitium, & obreptitium, ac violenter exequutum constat ex allegatis n. antecedenti. Apud Observantes fuit variatio; sed constat n. 99. quod apud ipsos Cismontanos Discreti fuerunt restituti in praxi, sub anno 1645. quando, à longo tempore nostri extensi erant Capucini per orbem terrarum, dictas laudabiliter practicantes electiones Discretorum.

V. PARTICULA.

TANDEM Conventuales Discreti, à dictis capitibus 7. & 8. Regulæ; nec non ex intentione S. P. N. Francisci, veniunt hic deducendi. Ad cujus deductionis claritatem, & brevitatem sequentia sunt præmittenda. 1. Quod 7. Reg. cap. supponit, omnes (sive Sacerdotes, sive Clerici, sive Laici sint] ad Provincialatus electionem passivè concurrere posse. Constat supra à n. 117. usque ad n. 123. 162

2. Quod licet eadem, vel saltem simili ratione deductum sit supra n. 123, virtute dicti cap. 163 7. Regulæ, omnes itidem ad Generalatus passivè concurrere posse. Tamen hic concursus, ex cap. 8. clarius suadetur, verbis sequentibus. *Universi Fratres* (omnibus suis Religiosis præcipit S. P. N. Franciscus) *unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum, & servum totius Fraternitatis.* Non dicit unum de Sacerdotibus; nec unum de Clericis; nec unum de Laicis: *sed unum de Fratribus.* Non distinguit sanctus unum ab alijs: ergo neque nos distinguere debemus; ut supra n. 119., & sequentibus; & quæ dicta sunt n. 83. hic aplicabilia sunt. Patet: tum juris textibus ibi allegatis: tum, & præcipuè ex ipsius Regulæ capitibus: Nam quando seraph. Patriarcha, illis (qui sunt choro dedicati) aliquid ordinat, vel præcipit: non illis, nomine communi Fratrum loquitur: sed propio, scilicet Clericorum. Sic similiter loquens de illis, qui de choro, non sunt, non nomine commu-

ni Fratrum ; sed proprio ; nempè Laïcorum illos nominat. Patet ex 3. cap. Reg. sic· *Clerici (inquit) faciant Divinum officium, secundum Ordinem S. Romanæ Ecclesiæ ; Laïci vero dicant* 24. *Pater noster &c.* Insuper ostenditur, ex cap. 1. de omnibus loquens ; sic: *Regula, & vita Fratrum Minorum hæc est &c.* Ex 6. cap. omnibus præcipiens, ait. *Fratres nihil sibi appropient.* Ita in alijs Regulæ textibus est videndum. Sic similiter in textetu præmisso cap. 8 ; nempè. *Universi Fratres, unum de Fratribus &c.* Ergo hic terminus *Frater*, est communis in nostra seraph. Regula, qui omnibus convenit. Unde sensus litteralis dicti textus, in communi omnium sententia est, sic. *Universi Fratres* (idest utriusque status omnes, qui professi in nostra Religione existunt) *unum de Fratribus* (sive de Sacerdotibus nempe, sive de Clericis ; sive de Laïcis) *istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum.* Qua propter si in Generalem Ministrum, unus Fratrer, sive Clericus, sive Laïcus, á Provincialibus, & Custodibus (ad quos electio spectat, ex cap. 8. Reg.) eligeretur ; universi Fratres, sine dubio, dictum Regulæ præceptum adimplerent ; habendi scilicet Generalem Ministrum, *unum de Fratribus* : dummodo esset istius Religionis professus ; & canonicè non impeditus ; ut est tenendum. Ergo ex dicti cap. vi, omnes relati Fratres, sive Clerici, sive Laïci jus habent ad concurrendum passivè ad Generalatum. Ita expressè RR. PP. Beauvais (*a*) & Tresquier (*b*).

164 Confirmatur : quia ex communi omnium sententia (quæ in Ordine habetur) omnes utriusque status, canonicè aliundè non impediti ; ad Generalatum passivè concurrere possunt : sed non alio jure, nisi, vel ex capite 7. modo dicto : Vel, & præcipuè ex verbis relatis cap. 8. Regul. Alias assignent quo jure concurrere possunt ? & rogo RR. PP. Cathaloniæ Definitorij (*c*) ut manifestare dignentur, quo fundamento acriminare possunt Auctorem Alle-

(*a*) *Beauvais. in sua Apologia &c. à pag.* 41. *usque ad* 45.

(*b*) *Tresquier. in suo tractatu. à pag.* 25 *usque ad.* 28.

[*c*] *Definit. Cathal. in suo Libello, seu Litteris* 2. *clausa cap.* 2. & 3.

gati (a) hanc, & non aliam doctrinam docentem? Nec ipse ex præmisso textu, aut ab alijs, Discretorum electiones infert esse sub Regulæ obligatione (inqua sæpe æquivocati sunt) sed ex hoc, & ex cap. 7. argumento à majori ad minus, deducit illorum jus venire concessum Religiosis, secundum Regulæ litteralem sensum, &. S. Patris intentionem. Hoc modo.

Imprimis Discretorum esse deducitur, ex dictis n. 115. 165

Cum sequentia probentur per antecedentia, quemadmodum quædam tenet Glosa [b]: ergo deinde Discretorum electiones in favorem omnium, ex sensu Litterali Reg. cap. 7. & ex textu capitis 8. videndi n. 163. legitimè inferri possunt á num. 124., usque ad 136. & 137. usque ad 158.

Inferri possunt tandem ex sensu litterali textus cap. 8. Regulæ, expositi supra n. 67. ex quo textu dictus Regulæ, sensus fusè, & Clarissimè demonstratur totaparticula 1. á num. 67. usque ad 99. ergo &c.

Serap. P. N. S. Francisci intentio deducenda 166 attentè legentibus omnia demonstrata, ac zelo ponderentibus, cunctis patebit: Nam Regulam seraph. datam [sive circa obligatoria; sive circa facultativa] observandam esse secundum sensum litteræ, vel literalem; constat esse de intentione S. P. Sancti Francisci. At Discretorum electiones; ut supra, sunt de sensu litterali Regulæ: ergo & de S. P. Sancti Francisci intentione. Minor ex demonstratis satis Patet. Mayor clarissimè constat. 1. quia intentio cujuscumque legislatoris in lege data, est, ut attendatur secundum ejus sensum litteralem. Perse Patet.

2. Expressè constat in Firmamento [c] 3. 167 Ordinum, & in Chronicis antiquis (d) Quando Vicarius Generalis Fr. Elias, & multi Ministri, coram seraph. Patre, protestantes declaraverent, se nolle suam Regulam accipere, & eam observare. Hoc audiens S. P. N. S. Fran-

(a) *Ala obligacion. de Religiosos hijos &c. n. 57.*

(b) *Glo. Patet. in can.* Requi*sisti. 33. q. 1. apud Daoyz. tom. 4. p. 2. verb. sequentia.*

[c] *Apud Firm. 3. ord. editionis antiqua. 1. part. fol. 14. pag. 2.*

[d] *In Chron. antiq. 1. part. lib. 2. cap. 7.*

ciscus, flexis genibus, & oculis in cælum elevatis; ita Devotissime Christo Domino tunc loquutus fuit: *Domine; non enim Vobis dixeram, quod isti non erant mihi credituri?* tunc (sic refertur in locis Allegatis) *audierunt omnes vocem Christi respondentis in aëre. Francisce, Francisce nihil est in Regula de tuo; sed meum est, quid quid est ibi. Et volo, quod Regula sic observetur ad Litteram, ad Litteram, ad Litteram: sine Glosa, sine Glosa, sine, Glosa: Ego scio quantum humana potest fragilitas; & quantum eos ego adjuvare volo. Qui hanc noluerint observare, exeant ab Ordine; & ab alijs illam observari dimittant.* His auditis, ad Ministros S. Pater conversus, dixit illis *Audistis, audistis, audistis? Vultis ne, ut hoc vobis iterum dicere faciam?* At illi confusi, & perterriti suam cognoverunt culpam.

Textus præmissus Clarissimus est, & magni ponderis: Explicatione non indegit; benè vero devota ponderatione. *Hilhil est in Regula, de tuo.* Nihil, sive in præceptivis; sive in facultativis: *Nih est in Regula*, quod non sit á Christo Domino: *quid quid est ibi.* Ideoque quid quid est in Rgula tum præceptivum, tum facultativum, juxta Christi Domini, & Sancti Patris voluntatem, & intentionem, ad Litteram, vel secundum sensum litteralem: & sine Glosa; contra dictum sensum litteralem, observandum est.

168 3. Constat ex Chronicis [a) antiquis. Ubinam asseritur, quod sub anno 1223. Seraphicus Pater S. Franciscus Regulam à Domino acceptam Ugolino Ordinis Cardinali Protectori dedit: ac ipse Cardinalis, Seraph. Patrem cum Regula Honorio 3. Pontifici Summo præsentavit; ut illam Bulla Apostolica confirmare dignaretur. Dominus vero Papa sibi traditam Regulam devotè, ac attentè legens, ac ponderans, aliquas magni ponderis dificultates continere, judicavit: Unde (sicut ex Seraph P. S. Francisci responsione infertur) volebat, ut ipsemet sanctus aliquid, vel aliqua, ex sua mutaret Regula.

[a] *In chron. antiq. idiomate castellano impressis 1. part. lib. 2. cap. 7.*

Quid, vel quæ mutanda vellet Pontifex, relata non inveni. R.P. Paulinus de Beauvais (*a*) inter alia, illa cap. 7. Verba: *Si vero Presbyteri non sunt*, fuisse suspicatur. Cæturum fuisset, quid fuisset. Seraph. P. S. Franciscus Pontifici Maximo respondit; his sequentibus verbis, de idiomate Castellano in Latinum fideliter versis. *Ego Sanctissime Pater nullum verbum, ex meo dictamine, & judicio in hac Regula posui: sed Dominus noster Jesus-Christus illam compilavit, & composuit; ipse, omne illud, quod est necessarium, & utile ad animarum salutem, & Fratrum felicem statum; ac istius Religionis conservationem, solus benè scit: & cui omnia Ecclesiæ, & isti Religioni futura, sunt manifesta, & præsentia: Ideoque non debeo, nec possum aliquid mutare.* His igitur auditis, Dominus Papa [sicut in relato cap. Chron. refertur) Divina inspiratione motus, præsentatam Regulam integrè confirmavit, & Bulla (cui inserta est) authoritate Apostolica roboravit.

(*a*) *Beauvais in sua Apologia page.* 37.

Nullum Verbum de suo, posuit S. P. Franciscus in sua Regula; sed omnia esse à Christo Domino affirmat ipse: ideoque Christi Domini authoritatem, & voluntatem zelans: in primo Ordinis Generali Capitulo, apud Sanctam Mariam de Angelis celebrato [quod dictum est Capitulum *Scoriorum*; quia non erant ibi habitacula, nisi de Scorijs. Et adfuerunt ibi quinque millia Fratrum; ut asseritur in Firmamento [*b*] trium Ordinum) volentes sapientes Fratres per medium Cardinalis Protectoris, Seraphicum Patrem persuadere; ut suam mutaret Regulam. In presentia dicti Cardinalis Protectoris, & formidabili reprehensione illos objurgavit; quemadmodum constat indicto Firmamento (*c*), & in Chronicis [*d*] antiquis. 169

Insuper eodem zelo ductus; ne Fratres [privilegijs Apostolicis importunè impetratis) à suo statu, & à suæ Regulæ Litterali observantia declinarent; nolebat (sicut habetur in Chronicis (*e*) ut dicta Rescripta Apostolica peterent; 170

(*b*) *In Firm. tri. ord.* 1. *part. fol.* 2. *col.* 4. *in fin.*

(*c*) *Ut supra fol.* 22. *col.* 1.

[*d*] *In chron. antiq.* 1. *part. lib.* 1. *cap.* 53.

[*e*] *In chron.* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 25.

& sub

& sub præceptivis Verbis prohibuit in suo Testamento (*a*) his verbis. *Præcipio firmiter per obedientiam Fratribus Universis, quod ubicumque sunt, non audeant petere aliquam litteram in curia Romana, per se, aut per interpositam personam; neque pro Ecclesia; neque pro aliquo loco; neque sub specie prædicationis; neque pro persecutione suorum corporum: sed ubicumque non fuerint recepti; fugiant in aliam terram, ad faciendum ibi pænitentiam cum benedictione Dei.*

(*a*) *In Testam. post mediũ.*

171 Prædictam intentionem tandem constat ex dicto Testamento, sic disponente. *Et non dicant Fratres: Hæc est alia Regula; quia hæc est recordatio, admonitio, & exortatio, & meum Testamentum: quod ego Frater Franciscus parvulus vester, & servus facio vobis Fratribus meis benedictis; propter hoc, ut Regulam, quam Domino promissimus, observemus. Et Generalis Minister, & omnes alij Ministri, & Custodes per obedientiam teneantur in istis verbis, non addere, vel minuere. Et semper hoc scriptum habeant secum juxta Regulam. Et in omnibus Capitulis, quæ faciant, quando legunt Regulam; legant, & ista verba. Et omnibus Fratribus meis Clericis, & Laicis præcipio firmiter per obedientiam; Ut non mittant Glosas in Regulam; nec in istis verbis, dicendo. Ita volunt intelligi: sed sicut Dominus dedit mihi purè, & simpliciter dicere, & scribere Regulam, & ista verba; ita simpliciter, & purè sine Glosa intelligatis, & cum sancta operatione observetis usque in finem. Et quisquis hæc observaverit, in Cælo repleatur benedictione Altissimi Patris Cælestis: Et in terra repleatur benedictione dilecti filij sui, cum sanctissimo spiritu Paraclito, cui est honor, & gloria, nunc, & in æternum. Et ego Frater Franciscus parvulus vester, & servus quantumque possum, confirmo vobis, intus, & foris istam sanctissimam benedictionem, quam habeatis, cum omnibus virtutibus Cælorum, & omnibus Sanctis, nunc, & in sæcula sæculorum. Amen.*

172 Non me latet: quod ad hujusmodi Testamentum (secundum declarationem Gregorij noni, & Nicolaij tertij (*b*) Fratres sub obligatione

(*b*) *cap. Exijt. de Verb. signif. in 6. §. cæterum.*

non tenentur. Tamen nos Capucini, nostras Generales Constitutiones, quas observandas habemus, attentè legamus, ac ponderemus: In quarum cap. 1. Id (de idiomate Castellano in latinum versum) ita habetur. *Et quia non solum fuit voluntas nostri Patris Sancti Francisci; Verum etiam Christi nostri Redemptoris; ut Regula simpliciter ad litteram, sine Glosa observetur; sicuti illi nostri primi seraphici Patres illam observaverunt. Ideoque, cum nostra Regula sit observabilis; Ut purius observetur: nunc noviter, & pro semper in futurum renuntiamus omnibus privilegijs, & Glosis, quæ illam relaxant. & ab ejus pura observantia removent; & eam deviant à pia, justa, sanctaque mente Christi Domini nostri, qui per os sancti Francisci Patris nostri, loquebatur. Admittendo solum pro singulari, & Unico illius commentario summorum Pontificum declarationes, signanter Nicolaij 3. & Clementis, 5. felicis recordationis: Et nostri seraphici Patris sanctissimam vitam, doctrinam, & exempla.*

Præterea prosequitur Constitutio, sic. *Et quia, Ut veri, & legitimi filij Jesuchristi Patris nostri, & Domini, per ipsum, in Sancto Francisco, noviter geniti, ejus hæreditatis participes simus: Ordinatur, quod istius beatissimi Patris Testamentum ab omnibus observetur; quod ordinavit ipse, quando ejus felicis transitus, in proximo jam imminebat, sacris stigmatibus insignitus, ac Spiritus Sancti fervore plenus, nostram desiderabat salutem. Istudque pro Glosa, ac nostra Regula expositione, admittimus: sicut enim ad hunc finem, ab ipso Sacto Patre. scriptum fuit; Ut Regula promissa melius, & magis Catholicè observaretur.* 173

Quantum ergo ad litteras à curia Romana petendas, à seraphico Patre vetitas; venit dicendum: Quod tantus Pater prophetiæ dono præventus, futuras Regulæ previdit transgressiones, quas temporis decursu, Fratres Minores, à suo deviantes statu, introducturi erant; de authoritate Litterarum Apostolicarum confisi; quas à Sancta Sede importunè, & sine causa legiti- 174

ma impetraturi erant: Quod diversis temporibus [procurantibus Fratribus, & præcipuè Prælatis] Religioni seraphicæ evenisse, in diversis illius historijs difusè constat. Istud, inquam, damnum prævidens seraphicus Pater, & ab illo suam Religionem præservare desiderans: Ideo sic, & similiter ad Sanctam Sedem recurrere, interdixit: non autem; quando agitur de recursu legitimo, & cum causa necessaria; & vera, signanter ad conservationem Religionis; ad exactam & puram observantiam promissæ Regulæ, secundum ejus sensum litteræ, vel litteralem; nec non Christi Domini, & Sancti P. N. Francisci intentionem.

Quibus motus, ac (mea instante concientia) Religionis bonum zelans, hæc deducta, & deducenda composui: Quæ, tanti Patris, ac nostræ Religionis veri Filij legentes; hanc expositam Discretorum causam justam, & legitimam (ob Christi amorem, & nostri Patris reverentiam) pro posse adjuvare dignentur: quod supplex depræcor. Unde sensum litteræ, vel litteralem nostræ seraphicæ Regulæ, ac Sancti Patris intentionem zelantes, Paterna replebuntur benedictione. Et hæc de hoc damno; in quo manifestando (quia fundamentale est, & magni ponderis) immoratus sum: ad reliqua aperienda nunc progredior.

II. DAMNUM.

175 QUOD, ob Discrectorum abrogationem, ab hac Capucinorum Cathaloniæ Provincia magnum aufertur medium ad bonum propagandum, & in ea conservandum, quod ipsi convenit: Nec non ad malum præcavendum, quod ei potest esse nocivum; consequenterque ruinæ sic exposita manebit.

176 Nam docente Raggio (a) *Leges, quæ sanciun-*

[a] *Ragg. trac. 9. de Discrtis eligendis dub. 171. n. 3.*

tur, pro conservatione Reipublicæ; debent semper statui ad bonum promovendum; malumque præcavendum. Hanc accipit à D. Thoma (a) & ab Aristotile: estque communis omnium sententia. At, inquit ipsemet Raggius, (b) *Lex de assumendo socio, seu Discreto, in qualibet cænobiorum Familia, est ita virtute prædita; ut sit apta ad promovenda bona; malaque præcavenda.* Hanc suam ibidem probat sententiam. Quam admittunt contrarij, quantum est de ratione instituti eligendi Discretos; & ex intentione Fundatoris: Attamen (dicunt) tale institutum, Religiosorum fragilitati ita influxisse, ac influere: unde tot damna, tanta, & gravissima Religionibus evenisse, & evenire, saltem occasionaliter testantur: obquæ evitanda, dictum institutum Discretorum abrogare, necessarium fuit. Igitur ubi non causavit, nec etiam occasionaliter est causans istorum damnorum; habet prodecere relatum effectum, secundum suæ naturæ qualitatem. In hac Capucinorum Cathaloniæ Provincia non causavisse, nec occasionaliter causare damna præfata (per Dei misericordiam) verè eluceffit §. antecedenti: Ergo &c. Ac per consequens, ex Discretis abolitis, nobis damnum positum n. 175. advenit.

(a) S. Thom. 6. Polit. lect. 5. Ibi Arist.

(b) Ragg. supra n. 4.

Non valet dicere: Quod aliæ sacræ Religiones (quæ Discretis non utuntur) media habent 177
ad promovendum conveniens bonum; præcavendumque malum, quod eis nocere potest &c. Nam, haud dicere intendimus; quod in Discretorum electionibus unicum contineatur medium, pro Religionibus cunctis: Eas enim, ut benè gubernatas veneramur cum suorum institutorum medijs. Id quod dicimus est: Quod pro nostra grande extat medium ad intentum; & ex seraphici Fundatoris mente: ut supra demonstratum est. Et ideo cum causa in contrarium non vigeat; illud conservare optimum est: Nec non cæteras Religiones retinere, illa, quæ de suis sunt institutis.

178 Hucuſque communis eſt diſcurſus, illum ſpecificaturus, ac individuaturus, ſuppono cum Raggio (a) ita tenente. *Porro duplex bonum in regulari regimine eſt propagandum; alterum regiminis; alterum vero perfectionis: bonum illius eſt unitas, & pax, ex quibus extenditur pacatum regimen: bonum iſtius, eſt perfectio ad quam quilibet Ordo, ſecundum propium inſtitutum, & Ordinationes, eſt determinatus.* His igitur poſitis ſit.

(a) Ragg. ut ſupra. n. 3.

III. DAMNUM.

179 QUOD ex Diſcretorum abolitione, á nobis unitatis bonum, in regimine, auferttur.

Hanc unitatem deducit Raggius (b) ab unanimi electione, procedente á concurſu omnium Religioſorum capacium, activo, & paſſivo, ad omnes Ordinis electiones, meditè vel immediatè; ſicut enim demonſtratum eſt n° 128, & 129, Raggij ſententia fundata eſt: Nam (Philoſphia docentè) in aliqua re convenientes, unitatatem in illa dicunt: Et cum omnes conveniant in concurrendo, modo dicto; ad Ordinis electiones, & ad Prælaturarum regimen; benè poteſt unitas in regimine nuncupari. Certum quidem eſt, quod per Diſcretorum electiones, hoc bono unitatis in regimine ſemper fruitum fuit: Ergo &c.

(b) Ragg. ut ſupra. n. 4.

Major patet; minor vero jam ex, nn. 128, & 129. conſtat, & hic amplius manifeſtabitur: Nam Diſcreti Conventuales, Capituli vocales ſunt, non ſolum ex cap. 8. Conſtitutionum; verum & ex cap. 7. & 8. Regulæ, juxta ſenſum litteralem, ſicut ſupra manifeſtatum eſt. Sunt igitur vocales, non ſolum nomine proprio; verum & nomine Familiarum, omniumque Religioſorum, àquibus electi ſunt, & accipiunt vices ſuas; conſtat ſupra n. 76. & nn. 118, & 129. Tenet, & probat Raggius [c] nam dicit: *Diſcretorum officium ad duo ſe extendere*

(c) Ragg. ut ſupra. n. 1.

videtur ; primo , ut sint vocales nomine illiu Familiæ , à qua fuerunt electi , & fruantur utraque voce in electionibus Capitularibus &c. Unde omnes Religiosi, mediantibus Discretis, in cunctis Ordinis electionibus partem habent. Ratio est, inquit, Raggius [a] *Quia cum vota Discretorum non sint propria , sed omnium Familiarum , consequenter omnium Religiosorum ; sequitur omnes habere partem in omnibus electionibus ; non solum in electionibus Provincialium;* Verum etiam (discurrit) in cæteris Ordinis; scilicet omnes concurrunt ad Discretorum electiones ; & per has, ad omnes, Capituli Provincialis : & per Custodes ; ad omnes, quæ in Capitulo Generali fiunt. Et est verum quemadmodum supra, n. 128. & 129. fusè dictum est. Ergo Discretorum beneficio, dicto bono unitatis in regimine omnes fruebantur Religiosi. Illis vero abrogatis, non solum dicto privantur bono ; sed lamentabilis mutatio introducta est in ordine ; vide n. 130.

(a) n. 4.

Et quamvis pars adversa (quæ suam informavit Majestatem ; Regioque medio, suam Sanctitatem) dicat ; quod à Discretorum electionibus permultæ divisiones exortæ fuerunt &c. Hoc de ratione, & natura instituti eligendi Discretos, dicere non valent, ut patet, & ipsi fatentur ; sed solum in aliqua, vel aliquibus Provincijs, hoc occasionaliter evenisse ad summum deducere poterunt. Cujus deductionis veritatem scrutari (circa alias Provincias) hic non intendo ; sed solum dicere ; quod in hac nostra Cathaloniæ, cum nec adhuc occasionaliter expertæ fuerint ; ut probatum est §. antecedenti ; tenebantur informatores institutum hoc abrogare, non intendere ; benè vero, ut benè statutum, conservare. Sicut enim sacri disponunt Canones (b). Attamen cum perseveraverint pulsantes, usque ad derogationis dictæ assequutionem ; divisionem miscuerunt in Mystico eligendi Regno, ac Seraphico regimine ; & sic omnes destructionem metuere possumus (c) *Regnum in se ipsum divisum desolabitur.* 180

[b] ut ex cap. Institutionis nostra. cap. Cum pia. cap. Ecclesiastica. 25. q. 2.

(c) Luc. 11. n. 17.

IV. DAMNUM.

181 QUOD nobis succedit, est impediri bonum propagationis pacis. Bonum hoc invenit Raggius (*a*) in eo quod Præsulis electio, fit ex communi omnium sensu, sivè immediatè; sivè mediatè; ut supra manifestum est. *Qua ex re* (inquit Raggius) *oboritur unanimis electio, & concors exaltatio, & pax inter eligentes, & electos, & pacatum, & suave regimen, & magis prompta obedientia.* Suam roborat sententiam cum Salone (*b*) & Sanches (*c*) quos allegat, & sequitur. Communis iste consensus non poterat, nisi per Discretos haberi; sicut n. 130. manet deductum. Igitur illos abrogando, isto pacis bono nos privant, quod per Discretos propagatur.

182 Nihilominus, suam C. Majestatem informavere; ac Regali medio, suam Sanctitatem: Quod nempè, è, Discretorum electionibus discordiæ procedebant, iræ, inimicitiæ &c. ut n. 15. & 16. tot, atque tales; quod certè ignoro, quomodo de lactiori, & infectiori Provincia verificari queant. At vero, illas miserias [sit quid sit] tantummodo occasionaliter processisse; non autem ex dicti instituti ratione, ad summum probari potest. Igitur in ista Cathaloniæ, in qua nec occasionaliter discordiæ tales, nec aliquæ expertæ fuerunt; sicut probatum restat §. antecedenti; nullum fundamenti motivum habuerunt informantes, ad instandum, usque ad abolitionis dicti instituti consequutionem: quapropter privati remanemus hoc bono pacifico, in regimine (usque ad exequutionem Brevis) assueto: ideoque illud relinquere durum est: juxta illud Juris (*d*) principium: *Durum est assueta relinquere.* Quanto durius erit assuetos dimittere Discretos, à consuetudine antiquissima, ac immemoriabili, jam ab origine

(*a*) *Ragg. ut supra n. 4.*

(*b*) *Salon. 22. q. 63. art. 2. contr. 4.*

(*c*) *Sanches. 1. opusc. lib. c. 1. dub. 4.*

(*d*) *L. præcipiunt. de edili. edic.*

Ordinis ad nos transmissos; à sensu litterali Regulæ; juxta mentem S. P. N. Francisci deductos: sicut 1. damno plenè probavimus: Et nunc (ut §. antecedenti) falsis informationibus abrogatos esse? Proculdubio est, & erit occasio discordiarum, quæ secundum jus (*a*) omnimodè expellenda est: *Discordiarum occasiones penitus removendas*. Et reintegranda omnia ad pristinum statum: quæ consequenda, confidere possumus de benignitate summi Pontificis, quando (Deo adjuvante) de veritate fuerit informatus.

(*a*) *L. æquissimum. de usufruc. l. cum* Pa*ter.* §. *dulcissimus. De lega. ij.*

V. DAMNUM.

EST obedientiæ jugum onerosius nobis facere; plusquam Seraph. Pater intendit. 183

Potest à Raggio (*b*) inferri. Ac probatur: Voti obedientiæ observantiam; difficiliorem esse, observantia voti paupertatis, & castitatis; conveniunt Theologi: quia ista tendunt ad corporis mortificationem, quod est minus: quam id quod pertinet ad illius observantiam: nam obedientia directè respicit animam, subjiciendo judicium propium alieno dictamini; superioris voluntati, propriam sacrificando Deo; ut habetur inquodam Canone [*c*]: Quod in hominibus laboriosius est; quia omnes summopere propio inclinamur digtamini. Ad hanc naturalem repugnantiam mitigandam (inter utilitates alias) fundamentaliter dici potest; Sacros Canones ordinasse: Prælatos eligi ab eisdem, qui obedituri erant; sicut supra n. 69. à jure communi dictum est; quia facilius, & suavius obediunt subditi Præsulibus, à se immediatè, vel mediatè electis; quam illis, ad quos eligendos, nullatenus concurrerunt. Unde conformiter adhoc, Seraphicus Pater dictum jus commune amplexus fuit; ut constat *n.* 69. Necnon ex Regula, & ipsius Seraphici Fundatoris mente de-

(*b*) *Ragg. ut supra. n.* 4.

(*c*) *Ex can. sciendum.* 8. *q.* 1. §. *obedientia.*

ductum

ductum est n. 129. quod omnes Prælati ab omnibus immediatè, vel mediatè eligerentur Religiosis. Et cum Paternali Providentia; quia supposito, quod nos obligabat ad obedientiam strictiorem; qualis est obedire Prælatis nostris, in omnibus illis, quæ præceperint nobis; & non fuerint contra animam, & Regulam nostram; ut jubet nobis cap. 10. Regulæ. Et cum concursus iste [de quo loquimur) solum posse esse per Discretos, costat n. 130. Ergo his ablatis, onerosior redditur voti obedientiæ observantia, quam intendit N. S. Pater, atque Fundator.

VI. DAMNUM.

184 EST nobis magnum auferre medium, ad repellendum (si fortè evenerint) mala tyrannidum, factionum, & seditionum, quæ destruunt bonum unitatis, & pacis; supra quod discurrimus. Ita sensit Raggius (a) ita dicens: *Malum, quod evertit primum bonum* [loquitur de bono præfato] *sunt tyrannis, factiones, & seditiones.* Deficientibus Discretis; defecit & hoc medium.

185 Hoc tyrannidis malum individuat Raggius (b) nam dicit, quod bonum relatum: *Pracavet tyrannidem superiorum localium, ne authoritate opprimant subditos.* Et revera, loquendo adhuc de Rege, docent Ægidius Romanus (c) & D. Thomas [d] sic. *Regis autem est intendere bonum commune; si vero ille unus dominans non intendit bonum commune; sed per civilem potentiam opprimens alios, regimen Ordinat in bonum propium, & privatum; non est Rex; sed Tyrannus.* Potiori ratione tales essent Capucini Præsules, si cum potentia suos opprimerent subditos. Quando aboliti fuerunt Discreti, vox in nostra Provincia insonuit (à verbulis orta quibusdam) Quod exinde regimen esset, *In virga ferrea.* Quamquam (Præ-

(a) *Ragg. ut supra n. 3.*

(b] *Ragg. n. 4.*

[c] *Ægid. Rom. de regimine Princip. 2. part. Lib. 3. cap. 2.*

(d) *D. Thom. c. Ethic. lect. 11.*

latorum attenta pietate) operiendæ ſunt aures vocibus, & verbulis. Attamen Diſcretorum abolitio ſine cauſa vera [ut §. antecedenti probatum fuit] aliquid timoris parit: ne regimen Prælatorum [quod certè, exiſtentibus Diſcretis, fuit Parentum] vertatur nunc, his abolitis, in regimen Dominorum. Et quando ſuum regimen, juxta 10. Regulæ, eſt Miniſtrorum; & adhuc ſervorum Fratrum (uti Sanctus Pater diſponit: *Fratres, qui ſunt Miniſtri, & ſervi aliorum Fratrum*) ne (quod abſit) ad oppreſſiones perveniant. Et remanent ſubditi [deletis Diſcretis] abſque hoc medio ad eas reprimendas. Ad quod, efficax, ſuaveque erat, pro localibus Prælatis, motivum, ſolum conſiderare, quod unus Diſcretus, ex Familia, ad Capitulum abiret ad illas deducendas Patribus.

Conſideratioque hæc, eſt etiam medium, ad aliam tyrannidem præcavendam; Et eſſet (juxta Raggium allegatum, adducentem pro ſe Aegidium Romanum) ſi dirigerent ſuum regimen ad convenientiam propiam: veluti, aut victu, & veſtitu, de Communitatis rebus, particularitates aſſumendo: vel res communes, extra communitatem diſtribuendo: Religioſis remanente labore eleemoſynas quærendi: & cum pæ a; eo quod illæ, quæ communi neceſſitati diſtribuendæ erant, particulari Prælati quærentis, quæ ſua ſunt; propiæ inſervirent convenientiæ. Contra rationem, Jus (*a*) ac S. P. intentionem. 186

In Præſulibus ſuperioribus (juxta Raggium) (*b*) tyrannidem aliam Diſcreti præcavent, ex quorum electionibus bonum regiminis, jam ponderatum, oritur. Et eſt facilitatem quamdam habere, ut Prælati Superiores Capituli Electiones ſecundum ſuum placitum facere queant; ac omnia de Provincia ad ſuum diſponere arbitrium. Deficientibus namque Diſcretis, Provincialis Capituli vocales, reducuntur ad R. Diffinitorium, Cuſtodes; nec non ad locales Præſules. Et cum tam Cuſtodes [quando Romam non ſunt mittendi] quam locales Prælati, ſunt 187

a] *Ex ep. ſunt in ecclesia.* 8. *q.* 1.

[*b*] *Ragg. ut ſupra. n.* 4.

omnes Creaturæ R. Diffinitorij (à quo enim solum provideri possunt, ex cap. 8. Constitutionum) haud sine fundamento dici potest [attenta fragilitate humana] quod si RR. PP. Provincialis, & Diffinitores volunt, in sua fortè erit manu, ad suum libitum reducere vocales per temporis spatium, quod de Capitulo, ad Capitulum, extat. Nam creaturarum dependentia, maximopere impellit ad inclinationem gustus creantium: præcipuèque, si favoribus specialibus (ut verè possibile est) à Prælatis Superioribus, inferiores obligarentur Prælati. Ac super omnia, si isti in regimine conservari anhelarent: quod quidem est quædam passio homines capiens, in Prælatura sublimatos: & adhuc eos, qui ante ascensnm, illam non desiderabant. Attamen existentibus Discretis, licet id Prælati Superiores desiderassent, non ita potuissent. 1: quia Discreti minimè creaturarum dependentiam recognoscebant. 2: quia cum Discreti eligebantur immediatè ad Capitulum celebrandum, nullum supererat tempus ad eos favoribus olbigandos; saltem sine nota. 3: quia facilius est ad suum dictamen reducere paucos, cum dependentia in esse, & conservari; uti sunt Prælati locales, ac Custodes: quam multos (uti essent cum Discretis) qui Discreti liberi sunt à dependentia in esse: & in conservari; saltem in Prælatura, quam non possident: nec plurimi [in hac Provincia] illam optabant, imo subditi permanere desiderabant.

188 Quamquam credatur, electiones processisse, & nunc precedere, puritate illa, qua processerant, ante Brevis exequutionem: ex dictis tamen timere possumus: Quod [deficientibus Discretis] cum vocales omnes sint R. Diffinitorij creaturæ: vel grati (ob dependentiam esse, quod in Prælatione collata, receperunt) vel propter desiderium, sive cupiditatem (de qua, in quodam canone (a) ita habetur: *Quia nec libero judicio præferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat.* Et adhuc *pervertit*, ex alio

(a) *Can. Dilectissimi* 8. q. 2.

[a) Cap. quatuor. 11. q. 3.

(b) Cap. Dilectissimi. 8. q. 2. cap. Moyses cap. Apostolica 8. q. 1.

[c) Cap. Moyses cap. Apostolica. 8. q. 1.

canone (a): vel [ex eodem canone] ob timorem potestatis; aut benefactoris amorem. Possumus [inquam] timere in posterum, quod in electionibus, attendent; non ad eos, qui bono communi convenientes sunt; benè vero ad illos, qui sibi commodiores. Contra dispositum in sacris Canonibus [b]. Sic similiter R. Diffinitorium, in esse, & conservari, cum à vocalibus dictis dependeat, relatum damnum reformidari potest futurum, in Custodum, & Guardianorum provisionibus, ob ponderatas rationes, & textus allegatos. Ideoque unis jam in regimine positis; dato quod ipsi non perpetuarentur; sui cordis quærerent successores, contra sacros Canones [c] Quare Gratianus hic post *cap. Apostolica.* Allegatum sic concludit: *Id circo sacris Canonibus constitutum est; ne quisquam sui officij quærat successorem.*

Inquantum ad disponere omnia Provinciæ negotia, secundum suum arbitreum, clarè indicasse apparet: Nam quando R. Diffinitorium, Discretorum abolitionem prætendit (quod cum magni momenti esset; nempè ex Regulæ litterali sensu matæria: ac expressè quid præscriptum in Constitutione, ab Urbano 8. confirmata; ut visum fuit 1. Damno) Prætensionem Generale Capitulum consulere tenebatur; ac suum amplecti consensum; ut cap. 12. ipsa mandat Constitutio. Veruntamen Provinciale adhuc Capitulum consulere fugerunt PP. ac solum R. Diffinitorium, nomine tamen Provinciæ, procurationem firmavit, ad Regium Patrocinium adipiscendum; & Regis cum medio, à sua Sanctitate, Breve. Ac tametsi, dicti Brevis exequutio plures Præsules torsit locales: nullus tamen, modo debito, se opponere ausus fuit. Brevis in exequutione dolor fuit communis, quem plures Guardiani sensibilem commonstrarunt: Perventos autem ad Capitulum, RR. PP. Diffinitorij medium habuere, ad illorum mærorem mitigandum, prætextis, nempè varijs (qui hic, & nunc silentio committuntur] sed inter cæ-

189

teros, hoc usi fuere; quod scilicet in Provinciali Capitulo immediatiori, Capitulo Generali celebrando; de hoc puncto ageretur; adhoc, ut in Generali Capitulo, Discretos reintegrari, curaretur. Capitulo autem Provinciali congregato; de hac materia, nec ullum fuit verbum alloquutum. Et omnes silverunt; quia Diffinitorij RR. PP. sic placuit.

190 In ipsomet Capitulo, cum quædam ordinationes, à R. Diffinitorio factæ, publicarentur; ut eas Capitulum approbaret; sicut praxis, & consuetudo est [optima legum [*a*] interpres, faventum Capitularibus, ad approbandum; & reprobandum ordinationes, quas R. Diffinitorium disponit, quando in Capitulo pleno per leguntur) RR. PP. Diffinitorij nihilominus ægrè tulerunt, quod aliquis ex Capitularibus, cuidem ordinationi, in Capitulo lectæ, se opponeret (rationem afferentes RR. PP. ut dictum est) Quod ad Capitulares non attinebat, nisi in gravibus. Cum vero abolendorum Discretorum prætensio, in gravissima fuerit materia; neque ad Capitulum attinuit; saltem illud conconsulere. Signum igitur sufficiens videtur, quod cum extat Capitulum (juxta jus, & communem sententiam) superius Diffinitorio, nihil; aut parum est: & quando Diffinitorium est inferius, multum, vel totum est. Istud ad oppressionem sapere videtur: contra cuncta jura.

(a) cap. cum dilectus. de consuetudine.

191 Item, Custodes; secundum Brevis thenorem, positi, n. 6. vocem in Diffinitorijs habent, sicut & ipsi Diffinitores, ac Exprovincialis immediatus, sic. *Præterea eadem authoritate decrevimus, quod vice, & loco prædictorum Discretorum in tribus Provincijs hujusmodi; sicut præmittitur, sublatorum, & abolitorum, Diffinitores, atque Custodes, & immediatus Ex provincialis, earundem Provinciarum, in ipsarum respectivè Diffinitorijs, & Capitulis vocem habeant.* RR. PP. Provincialis, & Diffinitores Discretorum abolitionem admisserunt: non autem in Diffinitorio Custodes &c. Et tacuerunt à Diffinitorio exclusi; nescio,

si ob rationem dependentiæ. De Rescripto itaque; quod, ipsis placuit admissere: quod vero eis displicuit, nequaquam. Videtur, signa dari; quod regimen absolutum volunt: contra Pontificjum Breve.

VII. DAMNUM.

EST: quod ex Discretorum deficientia, regularis perfectionis boni propagatio impeditur: Nam ait Raggius (a) *Lex, seu statutum de eligendo Discreto, ex qualibet Familia: propagat etiam perfectionis bonum.* Quodquidem consistit, in exacta præceptorum Regulæ; Generalium constitutionum, Ordinationum, necnon Regularis disciplinæ observantia. Ita Raggius allegatus. 192

Rationibusque varijs probatur. 1. quia (existentibus Discretis] vivunt, ac viverent Religiosi, in observantia Regulæ, constitutionum Generalium, Provincialium Ordinationum, necnon Disciplinæ regularis, promptiores: ne ad eligi fierent indigni. Quod in Religione à longo tempore experientia ostendit, & docent Raggius [b] & Miranda (c) Quamvis enim meritoriè operandi motivum sit; vel ad Infernum vitandum, vel ad Gloriam assequendam: Ac perfectius sit, ob Dei gloriam operari. Nihilominus præfatum motivum stimulat; cui faciliter ista meritoria motiva benè annectuntur; nec non perfectissimum; operandi scilicet ad gloriam Dei. Adhæc, quod optimum foret exemplum, reliquos Religiosos, in perfectionem excitans. 193

2. [& est Mirandæ, ut supra) quia discretorum munus, Familiæ Religiosis, est in præmium, ac pænam. In præmium; eoquod Discreti officium honorificum existat. In pænam; quatenus Religiosi, qui non procurabant pun- 194

(a) *Ragg. ut supra n. 4.*

(b) *Ragg. ut supra.*

(c) *Miranda. Tom. 2. in Manual. Pralat. Regul. q. 22. art. 2.*

ctualiter actus communitatis sequi, inhabilitabuntur ad passivæ vocis concursum: & adhuc activæ, defectibus majoribus existentibus. Atqui præmium, & pœna, extra dubium [advertit Miranda hic) magni sunt stimuli ad operari, non pravè; imo perfectè. Et licet alia sint in Religione præmia, atque pœnæ: ista tamen, modo dicto, suavissima sunt; quorum potentem, suavemque efficaciam, experientia declaravit.

195 3. (Est etiam Mirandæ, ut supra circa finem) quia cum existebant Discreti, Patres benemeriti, in minoribus; ac inopioribus Conventibus libenter habitabant. Et Religiosi hujus gradus, meritorumque; magni sunt ponderis in Familijs: nam sua auctoritate componunt, exemplo ædificant, moventque ad observantiam puram. Et si tamen, à talium Religiosorum virtute sperari potest, illos [si ordinaverint superiores) ad dictos Conventus processuros, ibidem Conventualiter moraturos, absque ulla resistentia. Existentibus vero Discretis, humanæ fragilitati attendendo, majori cum libito ibi viverent: honorari sperantes in Discreti officio: & sine ista spe, poterit esse, fragilitatem humanam restituram.

196 4. [Estque magni momenti) quia ante Discretos abolitos, permulti Venerabiles Patres, virtute, litteris, ac zelo præditi, eligebantur Discreti; vocales ad Capitum pergebant; & suis cum litteris sciebant; sua authoritate poterant; ac cum zelo viriliter se opponebant omnibus, quæ [contra nostrum institutum, Provinciæ quæ bonum) esse judicabant: ut pluries fuit expertum, & minime pauca exemplaria detegi quirent. Et multi reformationem, quam convenire discurrebant; sollicitabant. Ex istis Diffinitores eligebantur multi; & ad bonum commune apti. Discretis tamen derogatis, Provincia remanet privata omni isto bono, quod suam propagabat perfectionem. Nam nunc non alij sunt vocales; præter R. Diffinitorium,

Custodes, & locales Præsules. Nec (juxta praxim) eliguntur Diffinitores, nisi vocales. Hec vocalium reductio ponderanda est; nam multum facit, pro his, quæ tractantur à n. 187. usque ad 191.

VIII. DAMNUM.

QUOD propter Discretorum abilitionem, 197
manet privata Provincia, medio valdè apto, ad destruenda mala, quæ perfectionis bono obstant, de quo nuperrimè discurrimus. Mala ista Raggius (a) refert, ita: *Malum vero, quod destruit secundum bonum* (loquitur de bono perfectionis] *sunt corruptelæ, & malæ consuetudines*. Ac cum, hoc perfectionis bonum [ut idem fatetur Raggius (b) à lege, seu statuto eligendi Discretos procedat: infertur, quod per istud statutum medium habebamus aptum, ad dicta destruenda mala.

(a) Ragg. ut supra n. 3.

(b) Ragg. ut supra n. 3. & 4.

Et probatur: Quia mala hæc in Conventi- 198
bus [regulariter loquendo) trahunt originem; vel à personalibus defectibus localium Prælatorum; vel ab ipsorum Officij omissionibus; non observare facientes, quod (juxta statuta nostra) debent. Defectus istos (juxta Raggium [c) & Religionis praxim] ad Capitulum deferre, Discretorum erat; simulque questus, vel articulos accusatorios, quos Religiosi particulares eis committebant, contra Guardianum; quæ omnia Discreti fideliter exponebant dabantque R. Diffinitorio in Visitatione, Guardianorumque exonerationibus, vel excusationibus auditis; si accusatorijs articulis plenè non satisfaciebant; eos (juxta qualitatem defectus) puniebant; usque ad depositionem, ab Officio; si sic postulasset excessus. Fundabantur in his (cap. 8. Constitutionum) verbis: *Declaratur; quod PP. Ministri cum PP. Diffinitoribus [posquam visitaverint*

[c] Ragg. n. 1.

rint omnes Guardianos, & Discretos] possint primo inter se conferre, & examinare, quales bonum erit excludere &c.

199 Et quamquam, ad hunc finem, pars, Discretis, contraria dicat: Quod possint Religiosi, per Epistolas, hoc resarcire. Respondetur non esse medium ita aptum. 1. Quia non ad omnes Conventus Tabellarius, sive cursor pervenit; Nec sunt tam faciles inventu Portatores. 2. Quia quodlibet medium per Epistolas, expositum est contingentiæ deperditionis; quale plus; quale minus; ; juxta Portatoris qualitatem. Adhuc, in illis, quæ mitti prætenduntur, per Tabellarium; vel in emissione ad illum; vel in extractione, ab illo, incuriæ evenerunt: Quod malitiæ occasio fuit, ad eas colligendas: ac per consequens, non parum est fundamenti; ut quod scribitur, sic missum, veniat in sæcularium notitiam; sicuti pluries accidit. Propter quod multi, ex Relisiosis, majoris zelus (quibus Patres facilius crederent] nolunt nunc tali uti medio: quia minus inconveniens credunt, sic non zelare, quam, per litteras, sæcularium notitiæ, nostras exponere miserias.

At (dato, & non concesso) licet in deferentibus securitas foret: tamen litterarum medio, vix possent Patres, modi procedendi Guardianorum, veritatem scire: Et nullatenus sicut per Discretos: Præsertim si Guardiani accusatorios negarent articulos; vel circunstantias; vel tales adhiberent; quæ à defectis propijs (sive per commissionem; sive per omissionem) actis; ad virtuosum, & prudens verterent procedere. Item per id, quod deponebant Discreti, melius veritatem percipere poterant. Sicut etiam, casu, quo accusatorij articuli, seu questus, falsó infligerentur: Nam tunc Discreti veritatem dicebant; defendebantque suorum Prælatorum innocentiam. Cum Discretis igitur, aptum sic habebamus medium, ad abusus, nec non corruptelas destruendum: Quo privamur, Discretorum abrogatione.

IX. DAMNUM.

QUOD à Discretorum abolitione sequitur: impediri medium oportunum ad providendas, & sublevandas necessitates, tam communis, quam particularium Religiosorum. Nam curare, in Capitulo, de remedio, relatis necessitatibus adhibendo, ad Discretum pertinet; secundum Raggium (a) & expresse disponit Constitutio cap. 8. sic: *Et Capitulo Provinciali intimato, in quolibet Conventu, unus Frater in Discretum eligatur; qui cum P. Guardiano ad Capitulum pergat: & Conventus, necnon Fratrum particularium necessitates, ad sui curam ferat &c.* Ergo &c. 200

(a) Ragg. ut supra. n. 1.

Neque dicere valet: quod de necessitatibus istis curabunt PP. Guardiani: nam cum, in ordine ad communes, ferè ipsi non sunt insontes; eoquod illas, suo tempore, non providerunt: Jam videtur, non futurum, tam aptum medium, ad de illis curam habendum: Ne saltem suæ omissiones ostenderentur. Et in Religiosorum familiæ necessitatibus, quæ multoties succedunt; ob PP. Guardianorum omissiones: Quomodo sic fiduciam habebunt subditi, suis Prælatis, illas committendo? Litterarum medium, quod pars proponit adversa; patitur inconveniens, quod supra demonstratum est. Ideoque nec istud; neque illud Guardianorum scilicet (& si innocentes extarent in necessitatibus prædictis) ad remedium procurandum, est tam oportunum medium, quale est istud, Discretorum: Qui velut Agentes, ita communitatis, sicut, & particularium, tanquam propias accipiebant eorum necessitates, oportunum sollicitaturi remedium. Ideoque hanc curam Constitutio Guardianis non fidit; benè autem Discretis. Hisque sublatis experiuntur, experientur- 201

que commune, & particulares, hujus medij indigentiam. Pro relatis in hoc §. in Provincia, serviebant nostri Discreti: & non pro illo, quod deducit R. P. Torrecilla, in allegata sua consultatione: quod, ne lectorem offendam, referre, excuso.

202 Ad istius §. conclusionem, dico: Quod secundum Juris (*a*) dispositionem: *Decessorum statuta, sicut legitima, & justa, successorem custodire, convenit.* Ratio est; quia quod benè statutum est; non estmutandum: quia ultra quod mutatio nimis extat aspera; est bonis moribus inimica. Constat ex quodam Juris [*b*] textu. Extat aspera, principaliter, quando id, quod mutatur, fuit solitum, ex antiquissima, & immemorabili consuetudine: Quoniam, *Consuetudo est altera natura:* Ut ex Philosophia, docent Surdus (*c*) ac Franciscus Nuñez de Velasco (*d*). Bonis moribus inimica est; quia benè ordinati, nec non praticati mutatio; ultra, eas alterare; exemplo motivum dat, ad novam mutationem, in quodam affirmatur Canone (*e*). Exinde D. Thomas (*f*). A. Doctor; quem sequitur, & allegat Portel (*g*) Sic concludit. *Unde dicitur à Jurisperito: quod in novis rebus constituendis, evidens debet esse utilitas; ut rectè recedatur ab eo Jure, quod diu æquum visum est.* Hæc D. Thomas.

203 Igitur, cum statutum eligendi Discretos; nedum antiquum sit; verùm quoque, illud à Regula nostra, & à Seraphici Fundatoris mente esse, 1. damno supra fusè demonstratum est. Sicque constat esse optimè ordinatum: Nec non in nostra Provincia benè practicatum; ut §. 2. à n. 46. usque ad 64. Quomodo ergo ejus derogatio poterit non esse valde sensibilis, illis, qui affectuosè se recognoscunt tanti Patris Filij; nec non hujus Cathaloniæ Provinciæ? Quomodo ejus mutatio, bonorum morum inimica non erit? Et experta cum fuerit conventientissima ejus praxis, in ista Provincia, jam ab initio fundationis. Ubi est ergo evidens utilitas [necessaria ex D. Thoma) ad illud mutandum? In

(*a*) *cap. Decessorum.* 25. *q.* 2. *Ubi Glo.* Custodire, *Allegat* 16. *q.* 6. *c. ulti.* 12. *q.* 2. *cap. siquis. & cap. si illi.*

(*b*) *cap. institutionis nostra* 25. *q.* 2.

(*c*) *Surdus de alim. tit.* 1. *n.* 7.

(*d*) *Nuniez. In Dialogis cõtentionis Militia, & scientia. Dialog.* 3. *p.* 76.

[*e*] *cap. institutionis nostra.* 25. *q.* 2.

(*f*) *D. Thom.* 1. 2. *q.* 97. *art.* 2. *in fine corp.*

[*g*] *Portel. in respons. casuum moral. p.* 2. *casu* 18. *n* 4.

motivis? Jam §. 2. probavimus esse falsa. Igitur est dicendum, quod per illa informantes existimationem, ac famam, ab hac Cathaloniæ Provincia, auferunt; ut §. 2. Et, ob abrogationem, illi magna causant damna; ut toto isto §. Ergo &c. Hoc autem finito, progrediendum est ad §. 4. manifestandum.

§. 4.

PRÆTER dicta; C. Regem N. ac Pontificem summum (quos Deus servet) obreptitiè, & surreptiè informantes, operati fuere contra reverentiam, illis primis potentijs debitam, quam zelamus. 204

Ante istius probationem, suppono, quod in Jure (a) *Obrepimus, cum tacendo aliquid impetramus, quod exprimere necessè erat; expressumque Principem, à concessione abalienasset: surripimus vero, cum à Principe, per falsam rei narrationem, aliquid extorquemus; puta Rescriptum.* Qui ex nostra Provincia, immediatè, vel mediatè, Rescriptum Discretorum abolitivum instavere, & consequuti fuerunt; informarunt, damnorum expositorum §. 3. veritatem tacendo; quæ erat exprimenda: quam si manifestassent; nec Regium Patrocinium; nec, à sua Sanctitate, Rescriptum, impetrassent. Insuper illos falsò informasse, §. 2. difusè, & liquidò, constat: Ergo informatio fuit obreptitia, & surreptitia. A Jure enim [b] vocatur mendax, dolosa, & fraudulenta, similis informatio. 205

Exinde propositio posita n. 204. varijs probatur modis. 1: quia esset contra reverentiam debitam, adhuc personis mediocris auctoritatis, ac honoris, quando ad assequendum quidquam ab eis, ipsas informassent fraudulenter; falsitate nempè; aut veritatem exprimendam, occultando: potiori jure esset dicendum, si ita Rex noster, & sua Sanctitas informarentur, qui sunt personæ, non solum minoris; verum etiam primæ auctoritatis, & æstimationis. At, in nos- 206

(a) *Apud Thesaurum, de Verborum (quæ ad jus pertinent) significatione. Verb. surripere.*

(b) Ex cap. 20. *Super litteris. De Rescriptis. & ex 25. q. 2. cap. 16. Dicenti. §. Rescripta, ubi sic Gratianus, & Glosa.*

tro casu, informantes sic fecerunt, modo dicto. Ergo &c.

207 2: Perturbare Jura, à prædecessoribus Pontificibus concessa, & approbata, injuriosum est Pontifici Summo; ut ex quodam Canone (*a*) claré infertur. Et sine dubio, si hoc fieret fraudulenti informatione. Ac per consequens contra reverentiam ipsi debitam. Idem (servatis servandis) dici potest, in ordine ad Regem Dominum Nostrum. Verum quidem est; in hac Provincia, Jura concurrendi ad electiones, a Regula concessa, a Constitutione stabilita, à tantis Pontificibus prædecessoribus, apprebata, & confirmata, ut supra; sine causâ; imo obreptitiè, & surreptitiè, perturbavere informatores: igitur &c.

208 Nec informatores efugere possunt, dicentes: Pontificem summum non ignorare; imo *jura omnia in scrinio pectoris sui* à Jure (*b*) *censentur habere*: igitur à Pontifice, jus concurrendi ad electiones dictas, sciente, potente, & supplicatione mediante, volente illud abolire; cum ejus abolitio impetrata fuerit; indè dictam causasse perturbationem, non est dicendum.

Ad responsionem: non enim est ad intentum, de summi Pontificis posse, hic, tractare; quod, super omnia Ecclesiastica Jura, amplissimum esse, reverenter confitemur. Nec de illius Jurium scientia disputare. Dequa, quid tenendum sit declaratur in Jure (*c*). Et quamquam Jus aliquod, non ignoraret sua Sanctitas; factum tamen ignorare potest, & multoties ignorat. Constat in Jure [*d*] & experientia, quæ diversis temporibus, manifestavit, quamplurima Rescripta nulla; quia obreptitia, & surreptitia; patet in diversis juris textibus §. sequenti allegandis. Quapropter cum informatio exposita, tam Regi Catholico, quam Summo Pontifici, in facto consisteret; falsitatem motivorum §. 2. ostensam, ignoravere; nec non damna, quæ ex dicti Rescripti exsequutione, sequebantur; pro ut §. 3: quia occultavere. Si autem utrumque intel-

(*a*) Ex cap. 10. *Quod vero* 25. q. 2.

[*b*] *cap.* 1. *licet Romanus. De constit. in* 6. C. *de testa. l. omnium.*

(*c*) *cap. licet Romanus, ut supra Glosa. Habere hic. Ex cap.* 12. *Prateren. dist.* 23. *hic. Glosa. Fallat. in fin.*

(*d*) *cap. licet Romanus, ut supra.*

lexissent, nec sua Majestas illis suum patrocinium concederet; nec sua Sanctitas Rescriptum, obreptione, & surreptione impetratum: Ergo sic dictam Jurium perturbationem causarunt informantes: igitur &c.

3: Si quis (obreptitiè; sive surreptitiè) Catholicum Regem D. N. induceret ad petendum, 209
ac Pontificem M. etiam Dominum nostrum, ad concedendum, id quod aparte rei, non esset justum, contra reverentiam illis debitam, committeret. Verum est, informatores ita fecisse: ergo &c. Major patet, & inferri potest, ex quodam Juris textu (*a*) ita tenente: *Regis officium est propium, facere judicium, atque justitiam.* Singulariter est Ecclesiæ, exquadam Glosa (*b*) & Pontificis Summi. Et cum Justitia (Jure (*c*) disponente) *sit constans, & perpetua voluntas, jus suum unicuique tribuens*: sequitur; quod illi, qui (obreptitiè, sive surreptitiè) suam inducerent Majestatem petere; nec non suam Sanctitatem concedere, quod aparte rei non est justum; obligarent utrumque contra istud attributum operari: quodquidem illis magna irreverentia foret. Minor ostenditur: Nam ex dictis constat, informatores obreptitiè, & surreptitiè Catholicum Regem induxisse ad postulandum; Pontificem que M. ad concedendum Discretorum abolitionem: quæ [ob motiva, quibus fuit adepta, in hac Provincia, est contra illius, & eius filiorum famam, & honorem; ut §. 2. Quod justum non est: sicut neque, propter ei resultantia damna ut §. 3: ergo &c.

(*a*) *Ex cap. 23. Regum. q. 5.*

(*b*) *Glosa: oppressos, in dictum cap.*

(*c*) *Instit. de justitia, & jure. in prin.*

4. Contra C. Regem, & Pontificem M. Dominos nostros, irreverentia gravissima foret, 210
authoritate tam sublimium potestatum, operari contra ipsorum voluntatem, mentem, ac intentionem. Informantes dicti, sic fecisse, constat: ergo &c. Major per se patet. Minor vero demonstratur: quia voluntas tam C. Regis, quam Summi Pontificis Dominorum nostrorum, in abolitione Discretorum, nullatenus fuit; ut Capucinorum Cathaloniæ Provincia, sine culpa

existens (sicut §. 2. patet) calumniaretur, nec ullis opprimeretur damnis. Ita est supponendum, & certó credendum de pietate, & rectitudine ita Regis C. sicut Pontificis M. DD. NN. Imo potius supra n. 9. constat, ipsorum rectam, piamque intentionem talem esse; ut in Religionibus pax cum concordia semper eniteat: nec non, quod instituti nostri, Disciplinæ regularis exacta, ac perfecta permaneat observantia; àqua impedimenta omnia amovere voluere. Verumquoque est, quod dicti in formantes adepti, & exequuti fuere Rescriptum præfatum, Regia authoritate: Nec non motivis Brevis [inquo authoritas residet Pontificia] Provinciam calumniati fuerunt (& dum innocens) ab ea famam, & honorem abstulere; ut §. 2. tantis, & gravissimis damnis oppresserunt; sicut in §. 3. Ex Brevis praxi haud pax ei sequitur; sed discordiarum seminarium. Non instituti Regulæ, Constitutionum, ac disciplinæ regularis exacta observantia; sed lamentabilis relexatio. Non perfectio [quam Regis, & Papæ Dominorum nostrorum pietas, & zelus intendunt] benè vero janua plurimis aperitur abusis, ac corruptelis; quemadmodum §. 3. videri potest. Igitur informantes authoritate Regali, & Pontificia; contra ipsorum voluntatem, ac intentionem, operasse, constat: quod ad irreverentiam olet. Propter quod de illis justè conqueri possunt.

211 Deum concurrere cum hominibus (ajunt Theologi) ; non ad formale, seu malitiam peccati: sed (propter suam bonitatem, ac liberalitatem) ad illius esse materiale. Hoc concursu fulti peccatores, sua depravata efficiunt opera; in conservatoris, ac Divini benefactoris irreverentiam. De qua, per Isaïam, [a] cum Hebræorum populo conqueritur Deus: *Veruntamen servire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem, in iniquitatibus tuis.* Informantes dictis motivis Regium consequuti fuerunt Patrocinium: ipso mediante, Breve: cum (ut est probatum §. 2.) falsa existerent, ab hac Ca-

[a] *Isaïas 43. n. 14.*

pucinorum Cathaloniæ Provincia famam, & honorem auferunt: quod peccatum est; & si conveniret, manifestaretur; non esse unicum solum. Cum Brevis praxi, in plurimis, & gravibus rebus; suæ Matri Provinciæ nocent; ut §. 3. in cujus ponderatione plures invenientur iniquitates, quas, informatores, ac eorum sequaces, de authoritate Regia, ac Pontificia, confisi, perpetrarunt. Videant ergo, quando sua Majestas, ac sua Sanctitas, de veritate informabuntur, si cum illis, de simili irreverentia, per Isaiam, conqueri poterunt? *Veruntamen &c.*

Exinde Colligi potest, quam sensibilis sit Principibus, signanter Pontifici M. informatio 212
obreptitia, & surreptitia: quæ à Jure (*a*) *prava* nominatur; *Quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum. Prava*, quod est terminus, rectitudini, oppositus; & Juri. Vicium hoc sic informandi, est perversitatis; ad cujus punitionem statuit jus (*b*) ut sequitur. *In sua perversitatis pœnam, nullum, ex illis litteris, commodum consequentur &c.*

Præter dicta, de fraudulenti informatore. Sic 213
profertur in Decreto [*c*] *Et si legibus consentaneum, sacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis: & si nimia mentientis inveniatur improbitas, etiam severitati subjaceat judicantis.* Ubinam in Glosa (*d*) dicitur: *Punitur, ut falsarius*, ad se allegans Jus Civile (*e*) Nam secundum quandam Glosam [*f*] *Dicitur talis benè falsarius.* Et adhuc in fine casus allegati textus (*g*) loquendo de quodam, qui Rescriptum surreptitiè impetraverat, dicitur, tale Rescriptum non valere: *Et si nimia fuerit improbitas mentientis, etiam extra ordinem puniri debebit. Seq. lex plana est.*

Qui in hac Capucinorum Cathaloniæ Provincia, Discretorum abrogationem prætenderunt, & consequuti fuerunt, suam C. informarunt Majestatem, Regioque intercedente medio, suam Sanctitatem, nimijs falsitatibus, in maximi momenti materia; ut fas est videri §. 2.

Considerent

(*a*) *cap.* 5. *si quando. De Rescriptis.*

(*b*) *cap.* 20. *super litieris. De Rescript.*

(*c*) *Ex cap.* 16. *dicenti.* §. 4. *& si legibus* 25. *q.* 2.

(*d*) *Glos. severitati, in text. allegat.*

[*e*] *ff. de falsi. l. si quis obrepserit.*

[*f*] *Glos. Falsam. in cap.* 3. *in memoriam. dist.* 19. *ubinam textus allegat.*

[*g*] §. 4. *Et si legibus, ut supra.*

Considerent ergo quibus, se exposuere pœnis, quas in jure (a) legere poterunt. Nullatenus quempiam accusare intenditur: lamentamur tamen, toto cordis affectu; ex eo quod, ob dictam fraudulentam informationem Catholico Regi, ac Pontifici M. debita non fuerit exhibita reverentia, quam amoris studio zelamus. Nostræ, præterea, Matris Provinciæ, famam, honorem, bonumque commune defendere cupimus. Si autem forsan, in tam justam prætensionem informatores insurrexerint, aliquo violentiæ genere: Omnibus juris favoribus, tunc uti, præcisum erit. Et hæc de hoc §. dicta sint satis.

§. 5.

214 EX deductis hucusque inferri potest, Rescriptum Discretorum abolitivum, pro hac nostra Capucinorum Cathaloniæ Provincia esse, ipso jure, nullum. Nihilominus tamen.

Probatur 1: Quia quodcumque Rescriptum; quia obreptitium, ipso Jure, nullum est. Constat ex diversis Juris textibus, loquentibus de Rescriptis obreptitiè impetratis. Inquodam textu [b] ita habetur: *Illud veluti fraudulenter optentum: dicimus non valere.* Et in alio (c) inquo etiam de obreptitio Rescripto agit; sic statuitur. *Nullius penitus esse momenti.* Glosa [d] ibi. *Ipso Jure non valere* &c. Sic similiter statutum est in alio textu [e] ita: *Commodum reportare non debet de hujusmodi literis; utpotè veritate tacita impetratis.* Ratio est à Jure (f) *quia tacens verum falsum committit.* Unde in aliquibus textibus obreptio (quæ est tacendo veritatem aperiendam) subreptio apellatur; ut patet in capite (g) allegato. At Dictum Rescriptum obreptitium esse constat, n. 205: ergo &c.

215 Nec obstat dicere: relatos textus, solum loqui de gratijs beneficialibus: Nam in materia obreptionis, & subreptionis, litteræ beneficia-

(g) *Si is cum quo. De Fil. Presbyt. ut supra.*

[a] *Glos. Falsam. In cap. 3. in memoriam. dist. 19. & cap. 7. Ad falsariorū. de crim. fal.*

(b) *Ex cap. 42. si proponente. §. Illud. de Rescriptis.*

(c) *Ex cap. 2. si is cum quo. De Fil. Presbyt. in 6.*

(d) *Glos. Momenti. Hic.*

(e) *Ex cap. 27. Postulasti. De Rescriptis. §. Ad quod.*

[f] *Ex L. Presbyteri. C. de Episcop. & Cleric. Et ex L. Prescriptionem. C. si contra jus, vel utilitatem publicam c. 1. de crim. falsi in fini*

les, Privilegia, aut quæcumque aliæ gratiæ ad instar currunt; vel ut dicunt, æquiparantur. Ita Tiraquelus, Gutierrez, Bartolus, Socinus, Sanches, Villalobos, quos allegat, & sequitur Torrecilla (*a*) & patet ex textibus, num. sequenti, allegandis.

[*a*) Torrecilla. Tom. 1. Consult. trac. 6. Cōsul. 5. n. 14.

216 Probatur, 2: Rescriptum dictum (quia obreptitium, & subrepititium) ipso Jure nullum esse, constat: Nam Innocentius 3. (*b*) sic in hac materia statuit: *Ut hiqui priori modo* [Glosa, hic: *Scilicet per fraudem, vel malitiam*] *falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem; in sua perversitatis pœnam nullum, ex illis litteris, commodum consequantur.* Ratio textus: *Cum mendax precator carere debeat penitus impetratis.* Idem statutum invenitur in Decreto (*c*) ubinam Pelagius, ita disposuit, de litteris subreptitijs. *Ea vero, quæ subreptione, vel falsis precibus, forsan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium.* Et Glosa (*d*) ait: *Impetrantibus prodesse non possunt.* Utrumque magistraliter docet Gratianus in Decreto (*e*). At dictum Rescriptum obreptitium, & subreptitium esse, manifestum est supra n. 205: igitur ipso Jure nullum.

(*b*) Cap. 20. Super Litteris. De Rescriptis.

(*c*) Cap. 16. Dicenti. 25. q. 2.

[*d*) Glos. Dicenti in fin. casus.

[*e*) ex cap. Dicenti. 25. q. 2. §. Rescripta.

217 Probatur, 3. Rescripta omnia; ut valida sint, necessario informationem veram requirunt, secundum utriusque Juris [*f*] dispositionem, docet Gratianus. Et Decrevit Alexander tertius [*g*] ita: *In hujusmodi litteris intelligenda est hæc conditio, etiam si non apponatur: si preces veritate nitantur.* Ita similiter in Jure Civili (*h*) statutum est. Tamen quando dicta conditio verificari non potest, concessio involuntaria est; & per consequens Rescriptum impetratum est nullum. Certum quidem est, quod preces, quibus impetratum fuit præfatum Rescriptum, non concordant cum veritate; ut supra: ergo &c.

[*f*] Ex 25. q. 2. cap. Dicenti. §. Rescripta.

(*g*) Ex cap. 2. Ex parte. De Rescriptis. §. verum.

(*h*) L. ult. C. de diver. rescript. apud Glos. margin. in dictū text.

218 Si dicant, qui ab hac Provincia, Discretos aboleri, prætenderunt; se ignorasse, supra posita talia data esse motiva? Non obstat: nam dato: & non concesso, ita fuisse: Est nihilominus Rescriptum nullum; quando obreptio, &

ſubreptio eſt qualitatis aſſignatæ ſupra; Et expreſsè ſic eſſe definitum, conſtat in Jure [*a*].

219 Probatur ultimo: ſecundum Juris (*b*) diſpoſitionem: *Deficiente præſuppoſito* (quod in caſu poſito, ſunt motiva, ſeu cauſæ finales) *deficit diſpoſitio*. Ob hoc enim ipſum ordinat Jus [*c*]: *Finalem cauſam diligenter inſpiciendam*. Cauſas Finales, ob quas, impetratum fuit Reſcriptum Diſcretorum abolitivum eſſe falſas, ſupra §. 2. ſatis manifeſtum eſt; unde præſuppoſitum deficere, dicendum eſt; nec non; Brevis dicti diſpoſitionem.

220 Confirmatur: Nam lege [*d*] diſponente: *Omnem actum ab agentis intentione judicandum*. Igitur tam actus Regiæ mediationis, dictum petendo Reſcriptum: quam actus, quo, à Pontifice Maximo, conceſſum fuit; ab utrorumque intentione judicandi ſunt. Pia, Sancta, & juſta intentio, ſive Regis petentis Reſcriptum; ſive Pontificis M. illud concedentis, conſtat ſupra n. 9. ſecundum quam (motivorum attenta qualitate; ut §. 2: nec non conſideratis damnis expoſitis §. 3. huic noſtræ Provinciæ, in Brevis exequutione, nullatenus evenit: imo contra illorum ſanctam intentionem; ſicut n. 210. dictum eſt: ergo dictum Reſcriptum nullum eſt: nam, præter dicta, diſponit Jus [*e*] quod *inducta in unum finem contrarium effectum non operari*. Et apparet irritandum omne dicti Reſcripti occaſione peractum. Ita diſponitur in quodam textu de ſurreptitijs litteris loquente [*f*] *Et ideo, quod ipſarum litterarum occaſione dignoſcitur attentatum, ducimus irritandum*. Brevis prædicti nullitas, non niſi à S. Sede, declari poteſt: Ideoque ad §. 6. pervolemus.

(*a*) *Cap.* 20. *Super Litteris. De Reſcriptis.*

(*b*) *L. Generaliter.* §. *ſi quis tutorum de fid. Liber. L. Neque enim* §. 1. *de mili. teſta.*

[*c*] *L. verum de fur.*

(*d*) *L.* 1. C. *ad leg. Cor. De fica.*

(*e*] *L. inutiliter. De adiment. leg.*

(*f*) *Cap.* 22. *cum dilecta. De Reſcriptis.*

§. 6.

221 NON eſt dubium, quod de obreptitijs, & ſubreptitijs litteris Apoſtolicis juſta rationabili intercedentè cauſa; nec non debitis humilitate, & reverentia, ad meliorem informa-

tionem, possunt aggravati suam Sanctitatem supplicare: ut de veritate informatus, dignetur, vel revocare ea, vel modificare. Ita Rodergius (a) & Miranda [b], qui hancquæstionem magistraliter tractant, & varijs utriusque Juris textibus, probant. Sententia est communis, & constat definita in Jure [c] ubinam Alexander, 3. Ravennati Archiepiscopo definiens, ait. *Si quando aliqua tua fraternitati dirigimus, qua animum tuum exasperare videtur, turbari non debes. Qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas; aut per litteras tuas, quare adimplere non possis rationabilem causam pratendas. Quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum* ex quo textu, ipsius Glosis; nec non, ex alijs textibus, ibi allegatis; manifestum est, de dictis litteris, debito modo, supplicari posse.

Religiosi istius Provinciæ Cathaloniæ; Tum ob motivorum qualitatem (dequa §. 2. actum est) 22.
quibus Rescriptum Discretorum abolitivum, impetratum fuit: tum propter damna, ex illius praxi, sequenda; ut §. 3. communiter, in exequutione dicti Brevis, exasperati remanserunt. Quapropter absque ulla perturbatione, per supplicationem ad Sanctissimum, Brevis exequutioni se opponere poterant, de Pontificis benignitate confisi; quod [tanta causa, & rationabili suffulti] eam, & circunstancias patienter, & grato animo, exaudisset; ut patet in Jure allegato n. antecedenti: *Quia patienter sustinebimus* &c. Unde ex quadam celebri Glosa (d) timere non debebant; sed veritatem sequentes, Sanctissimum humiliter, & reverenter supplicare: quia sic placuissent Deo, & Pape. *Non enim* (in quiunt Rodericus (e) & Miranda (f) *dicitur contra mandatum* Regis.. *nec Papa venisse, qui pro majore utilitate, & honore Papa, aut Regis, non facit, quod in aliquo Rescripto, aut litteris particularibus, ipsi imponitur faciendum*; *pro ut pulchrè notant* [g] *Baldus, & Alexander.* Quam sententiam, inter

(a) *Rodericus Tom. 1. qq. Regul. q. 6. art. 7.*

(b) *Miranda Tom. 2. Manual. Prælat. Regul. q. 26. art. 8.*

(c) *Cap. 5. si quando. De Rescriptis.*

(d) *Glosa. in L. puniri. Si contra jus, vel utilitatem publicam. Apud Rodericum. Supra allegat.*

(e) *Rodericus, ut supra.*

(f) *Miranda; ut supra.*

(g) *Bal. in L. fi. C. de negot. gest. Alex. Consi. 106.*

Theologos, & Juris consultos, esse communem, tenet Miranda [*a*].

(a) Miranda, ut supra.

223 Nihilominus, dicti Brevis exequutioni non se opposuere Religiosi; quando ipsis intimatum fuit: Illudque [propter rationes, supra, nn. 33, & 34 allegatas] admisserunt. Nunc autem tempore pacis advento; ac motivis, itidem nn. 24, & 25 deductis, in defensionem sui, necnon suæ matris Provinciæ; benè, de dicto Rescripto, suam Sanctitatem (secundum Jus Canonicum) supplicare possunt, ut illud revocare dignetur, & Jus restabilire antiquum. Quemadmodum, in favorem Religiosorum Laicorum Regni Galliæ, à S. Sede factum fuisse, constat supra n. 159. Quod ipsum, & ampliori titulo, de benignitate Apostolica, confidere possumus.

224 Neque obstat, Dicere 1. Quod quando Breve fuit intimatum, placuit; eoquod illius tunc exequutioni, non se opposuere; & perconsequens, nunc eis displecere non valet; intentando, de illo supplicare ad Sanctissimum. Juxta Regulam Juris (*b*) *Qod semel placuit amplius displicere non potest.* Præter, quod hæc Regula fallitur, in multis videndis in Glosa. Non, inquam, abstat: nam non illud placidè admisserunt; imo potius fuit, communi, & notaria displicentia. Tamen, dato, & non concesso, quod non solum *mente*; sed *verbo*, *& facto* (ut hic vult Glosa) *scienter placuisset*; *& non per errorem facti.* Et insuper, *nulla de novo accideret causa ad displicendum.* Adhuc locum habere non potest Regula, in dicti Rescripti supposita admissione cum illud (ut supra) sit ipso Jure nullum. Constat hic, ex Glosa [*c*]. Neque spatium temporis, quod, ab exequutione Brevis præterijt, illi firmitatem dare potuit; quando à principio fuit, ipso Jure, nullum: juxta Regulam (*d*) *Non firmatur tractu temporis; quod de Jure ab initio non subsistit.*

(b) Reg. 21. in 6.

[c) Glos. in dictam Reg. *propè finem casus.*

(d) Regu*la 18. in 6.*

225 2. Si pars dicit adversa: In Brevis exequutione siluerunt; cum loqui in contrarium debebant, casu, quod consentire noluissent: Igitur con-

[a] Reg. 43. in 6. [b] Reg. 44. in 6. (c) Glos. is, qui tacet in Reg. 44. [d] De Prescript. c. Nihil prodest. De cog. spiri. c. super eo. De Jure jur. c. Mulieri. [e] Glos. Saltantium. In fine. In cap. Unusquisque. 22. q. 4. [f] ff. de fur. L. pen. (g] Torrecilla. Tom. 1. Consult. trac. 2. Consult. 4. n. 56. (h) Apud Torrecil. L. Caius, ff. de pignor. ac L. sapè §. cum autem ff. de re jud. Glo. in L. sicut. §. Non videtur. ff. quibus modis pignus, vel hipoteca. Rota decis. 513. n. 5. Apud Farinacium. Tom. 2. part. 1. Pereyra de empt. & vendit. cap. 33. n. 81. Surdus Gratianus, & plures alij.

senserunt: secundum Regulam (a) *Qui tacet consentire videtur.* Non obest; quia ex sequenti Regula [b] *Is, qui tacet non fatetur: sed nec utique negare videtur.* Tum etiam ex Glosa (c) hic: consensum non præbet; *Qui tacet ex causa; puta propter scandalum.* Hoc Jure (d) confirmat. Religiosos tacuisse, ob scandalum evitandum; deductum est supra . n. 33.

226 3. Non obstat; quoniam (quadam singulari Glosa [e] docente) *Taciturnitas, quæ fit ob reverentiam aliquorum non præjudicat* in jure [f]. Religiosi tacuerunt ob debitam reverentiam, tam suæ C. Majestati; quam suæ Sanctitati, sicut supra n. 33: ergo &c.

227 4. Non obstat, quia cum de Ordine Regio, exequeretur Breve, per unum Ministrorum Regij Senatus (ut n. 31. dictum est) cum fundamento crediderunt Religiosi; quod dictæ exequutionis actum, licet contradicerent, impedire nequibant. Et actus, cui contradicendo, impediri non potest; quamuis in ejus exequutione taceatur; non autem consentitur. Ita Torrecilla (g) Adhoc allegat diversos Juris textus, & Doctores [h].

228 5. Denique spatium temporis, quod à Brevis exequutione elapsum est; non obstat, nunc de Brevi supplicare ad Sanctissimum. Tum quia hanc supplicationem ad Sanctissimum interponendam, impediere semper timor fundatus; nec non varia beli impedimenta; quando Regis Christianissimi (quem Deus servet] arma majorem partem Principatus occupaverant; & inter alia capitalem; nempe Barcinonem. Et quamquam, pace desiderata publicata, belli cessavere impedimenta; non autem alia, & gravia originata, à timore fundato; & adhuc metu cadenti in verum constantem; Propter

graves minas à R. Diffinitorio illatas omnibus, qui dictæ exequutioni, se opponerent; quem metum indubitabilem demonstrarunt horrendæ persequutiones & vexationes, quas [ob recursum ad Sanctissimum) passi sunt Religiosi, & patiuntur; illas, judici compatenti, deducendas, relinquo. Modosic; si quando datur timor fundatus, non impedit tacere, licet quodvis temporis spatium interponatur; sicuti, neque licet cesset timor, impedimentis non cessantibus; ut probat Torrecilla (*a*) Potiori jure, in nostro casu, inquo non solum perseverarunt timor, & dictus metus; verum & diversa impedimenta. Posita à Prælatis. Tum tandem, & præcipuæ; quia dictum Resctiptum est, ipso jure, nullum; ut supra n. 224. Igitur Religiosi filij hujus S. Charæque Provinciæ Capucinæ Cathaloniæ, non obstante temporis spatio, ab exequutione Brevis, elapso, possunt de illo, nunc Pontificem M. supplicare, jure Canonico.

(*a*) *Torrecilla ut supra. n. 57. ubi aducit decisiones, & Auctores.*

229 Adhucquoque Divino, naturalique jure tenentur.

Probatur 1. quia filij sic suos honorare debere Parentes; constat ex 4. Decalogi, ac communi Doctorum sententia; secundum quam non solum intelligitur, de culto honorifico personali, quem filij Parentibus subjungere debent, sed etiam in quantum illis fas sit; istorum impediendo damna (secundum Navarrum, Molfessium, Silvestrum, Armillam, Reginaldum, & alios, quos allegat, & sequitur Bonacina (*b*) Præsertim [pro personis honoratis] sensibiliora damna, quæ existimationem denigrant, & famam; destruuntque ipsorum felicem statum; ac in materia gravi, ipsis debitam deperdunt reverentiam. Ita communiter. Igitur Religiosi filij Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ, suam Matrem Provinciam, jure Divino ac naturali defendere tenentur, ab imposturis, in Brevis motivis, contentis; illius honoris, ac famæ, læsivis; ut supa §. 2. A damnis, ex

(*b*) *Bonaci Tom. 2. disp. 6. q. unica, punct. 2. n. 2.*

Brevis praxi, sequutis, quæ] (ut §. 3.) ejus felicem deperdunt statum. Itidem irreverentiam, communibus Patribus, & Dominis irrogatam; §. 4. deductam; utique ut filij zelare debent. Relatum non possunt facere, nisi de dicto Brevi, supplicando ad Sanctissimum; Ergo jure Divino, & naturali, ad hoc tenentur.

Probatur 2. Decor, honor, bonumque nomen majoris est ponderis, quam temporalia 230 bona, ac paris æstimationis cum vita, Ex quadam lege (a) ita tenent Gregorius lopez [b] Menchaca (c) Scobedus [d] cum multis. Et infertur ex illo Proverbiorum [e] *Melius est nomen bonum, quam divitiæ.* Necnon ex alio Apostoli textu (f] dicentis: *Bonum est enim mihi magis mori, quam, ut gloriam meam quis evacuet.* Igitur, cum licitum sit, & adhuc obligatorium vitam; bonaque temporalia defendere Parentum nostrorum, secundum omne jus Civile, Canonicum, Divinum, & Naturale; erit etiam, pari ratione, hujus Sanctæ Provinciæ filijs, suæ chare Matris Provinciæ honorem, ac bonum commune (quibus opponuntur motiva, & Brevis praxis; ut supra) defendere modo possibili, efficaciori, & suaviori; Qui talis judicatur, per humilem supplicationem ad Sanctissimum. Ergo &c.

Probatur 3. Nam personis Ordinarijs, & æstimationis communis, rationis dictamen dictat, 231 Parentes (universis humanis postpositis respectibus] defendendos esse, in puncto honoris, & famæ. Potiori jure, Religiosis, hujus Sanctæ Provinciæ, filijs dictabit, suæ Matris Provinciæ honorem defendere, & famam. Cum dignioris sint status, ac æstimationis. Et perconsequens, cunctis humanis respectibus pospositis, eam, possibili, & efficationi pacto, defendent; quod fore discurritur; suam nempe Sanctitatem humiliter supplicare &c.

Probatur ulterius; Nam inhonor, dedecus, 232 atque damna (ob Brevis motiva, ac praxim, contra Matrem Provinciam evenientia; sicut dictum

[a) Ex L. *justa causa. ff. de manum. vindic.*

(b] *Greg. Lop. in L. 4. Verbo las leyes. tit. 13. part. 2.*

[c) *Mencha. Illust. quæst. cap. 18. n. 13.*

(d]*Scobed. de purit. probat. part. 1. q. 1. præm. §. 1. & 2.*

(e) *Proverb. 22. n. 1.*

(f) 1. *Corinth. 9. n. 15.*

dictum manet] participantur ab unoquoque Religiosorum, ejus filiorum, si res benè perpenditur, intuenti liquido patebit. Igitur, cum singuli debeamus, jure Divino, & naturali defendere nos à damnis gravibus; nec non ab infamia; alias nostram famam negligentes (secundum Sacros Canones [a] in nos ipsos crudeles essemus; sicque, saltem propter scandalum peccaremus. Igitur, ob hanc rationem, sequitur, Religiosos istius Provinciæ teneri, ad sui defensionem, relatum summere medium.

233 *Et quidem* (stabilitur in jure (b) Canonico) *Cum liceat cuilibet suo vicino, vel proximo, pro repellenda ipsius injuria suum impertiri auxilium; imò si potest & negligit, videatur injuriantem fovere, ac esse particeps ejus culpæ.* Et Glosa (c] Hic, sic concludit. *Ergo quilibet tenetur vicinum suum, & amicum suum defendere* (allegat [d) Varios utriusque juris textus & tandem, ita infert) *Multo ergo fortius seipsum:* Et propios Parentes, jure naturæ, addendum est. Quantum vero ad defendendum proximum, vicinum, amicum, & adhuc seipsum, secundum magis, & minus aliquæ considerari possunt limitationes, apud Theologos, & Canonistas, videndæ. Tamen in ordine ad propios defendendos Parentes innocentes, à dedecore, & damnis gravibus illatis, vel inferendis; jure naturæ dictante, filij tenentur. Ideoque, attenta reverentia debita, tum suæ Sanctitati, tum suæ C. Majestati, Religiosi filij hujus Sanctæ Provinciæ, ad dictam, suæ Matris Provinciæ, defensionem; debita humilitate, de Brevi præmemorato Apostolico, nedum Civili; & Canonico jure supplicare possunt; sed etiam Divino, & naturali tenentur.

§. 7.

234 **P**OSTREMO, hoc procedendo modo, nemo rationabiliter offendi potest. *Quia* (jure disponente (e) *Non videtur injuriam facere qui utitur Jure suo.* Aut, ut absolutè inquadam dis-

[a) Ex c. 10. Nolo, 12. q. 1. & ex c. 56. Non sunt audiendi. 11. q. 3.

(b) Ex cap. 6. Dilecto. De Sententia ex com. in 6. §. Et quidem.

(c) Glosa hic. vicino.

(d) ut 23. q. 3. c. non inferenda, & c. fortuito. 83. dist. cap. error. & s. eod. c. quanta. ubi de hoc & C. de commer. & mer. L. 2. ubi plures concord. de hoc.

(e) cap. 31. cum Ecclesia. §. mandamus. de electione. ubinam. Glosa, Injuriam, varios utriusque Juris allegat textus.

S

ponitur lege (a) *Qui Juri suo utitur, nemimini facit injuriam.* Præfati Religiosi, prædictam exequentes defensionem, non solum suo utentur jure; sed etiam suam adimplebunt obligationem, ab omni jure prescriptam; sicut supra demonstratum est.

[a] *L. 3. de lib. hom. exhib. apud Prateum de Reg. Gener. Jur. lib. 6. c. 4 in fine. sub tit. 4.*

Nec aliquis, in via juris, eos vetare potest. 235
Nam defensio, quam, hic, dicti intentant Religiosi filij, hujus Sanctæ Provinciæ Capucinorum Cathaloniæ, est de jure naturali; & per consequens à neutro valent jure positivo humano prohiberi. Imo est tam notum omne, quod dubitari nequeat. Tum quia Doctores omnes, nemine discrepante, ita tenent. Tum quia sic à juribus constat ambobus; quæ diffusè allegant Torrecilla [b] & signanter Prateus (c) Quod omne cum notorium existat (taliter, quod probatione haud indigeat) allegationem omitto.

(b) *Torrecil. tom. 2. consult. pag. 81. n. 98. & sequent.*


(c) *Prateus. ut supra. lib. 1. tit 3. cap. 1.*

En allegationem, quam zelus, Religiosorum 236
filiorum hujus Sanctæ Provinciæ obligationi, simpliciter offert; Ut huic, submissiori, ac observantiori medio, illi (sicut filij) satisfacientes, suæ Sanctitatis, altæ, piæque comprehensioni, representari curent: Tum dicti Rescripti motivorum falsitatem, §. 2. supra manifestam; Tum damna, §. 3. expressa, ex ejus praxi sequuta. Tum tandem, irreverentiam, primis potioribusque Protestatibus, ut §. 4. irrogatam; quam zelant. Sicque de Sanctæ Sedis rectitudine, & benignitate confidere poterunt; quod sua Sanctitas dignabitur supra memoratum revocare Rescriptum; & iterum, electionum Conventualium Discretorum, in Capucinorum Cathaloniæ Provincia, jus stabilirè antiquum. Quod ultra judicari Altissimo fore gloriam; erit dispositio digna pietatis Pontificiæ. Hæc enim Provincia, debito decore, in suo felici statu manebit restaurata. Omnes autem Religiosi filij, tali, & singulari favore (quem supplicant] fruentes, in perpetuum grati debitas Laudes non cessabunt referre Deo: cui Gloria in sæ-

cula sæculorum, Amen. Sic sent. salvo semper &c.

FR. Franciscus de Alzinellas S. Theol. Ex-Lector.
Fr. Baptista à Villanova Guardianus Conventus Sabadelli.
Fr. Innocentius à Sort Guardianus Conventus Trempi.
Fr. Gabriel ab Albi Prædicator, & Exguardianus.
Fr. Thedeus Olotensis Concionator, & Exguardianus.
Fr. Felix à Premià, S. Theol. Lector.
Fr. Joannes Baptista Olotensis S. Theol. Lector.
Fr. Justus ab Osca Concionator.
Fr. Franciscus à Barcinone Concionator.
Fr. Martinus à Monrios Concionator.
Fr. Nicolaus Blandensis Concionator.
Fr. Hieronymus Olotensis Concionator.
Fr. Amator à Belpuig Concionator.
Fr. Michaël à Matarone Concionator.
Fr. Ambrosius à Villafranca Concionator.
Fr. Modestus à Cerreal Concionator.
Fr. Thomas à Matarone Concionator.
Fr. Jacobus à Llivia Concionator.
Fr. Joannes Baptista à Valls Concionator.
Fr. Damianus à Sancto Martino Concionator.
Fr. Felix de Arbucias Concionator.
Fr. Severus à Barcinone Concionator.
Fr. Josephus à Sancto Petro de Toralló Concionator.
Fr. Angelus à Belluer Sacerdos.
Fr. Franciscus Tarraconensis Sacerdos.
Fr. Isidorus ab Alaxandria Sacerdos.

Omnes relati sunt Religiosi Capucini Provinciæ Cathaloniæ, qui in hoc Allegato hispanicè impresso, extant subscripti.



ADDITIO.

ALLEGATUM suprapositum esse Libel-
lum merè defensorium, manifestum est, 1
ex ipso inspecto, & ponderato: Quidquid in
contrarium (sine ullo fundamento) dicat qui-
dam Anonimus (a) Qui suas deducit conclu-
siones, ab antecedentibus, ex se non veris, non
concessis, nec probatis; imo falsó suppositis:
Quod in ipsius opere apertè patet: Et est vi-
dendum in quadam Apologia (b) in qua om-
nia argumenta Anonimi, contra ipsum vertuntur.

(a) In sua quæstione, quam Hispanicè excitat, sub nomine ficto; nempè, Fr. Charidad de San Roman.

(b) Sub titulo, Chrisol de la Charidad.

Licet Allegatum dictum, solum Capucino-
rum Cathaloniæ Provinciam directè defendere 2
intendat, ab imposturis in Rescripti narrativa
contentis, ac declaratis supra à n. 10. usque
ad 24. Nec non à damnis deductis §. 3. Ta-
men cæteris Hispaniæ Provinciis, ad propiam
valere potest defensionem: Quia eadem damna
(quæ §. 3. extant) patiuntur ex Rescripti exe-
quutione: Nec (ut credo) ejus motiva, in illis
verificari possunt. Tamen ad omnium plenam
defensionem, hic breviter aliqua sunt addenda,
quibus, & Torrecilla; nec non suæ Catholi-
cæ Majestatis, & suæ Sanctitatis, refutabun-
tur iuformatores, duobus, §§. sequentibus.

I. §.

TORRECILLA suam Matrem Castellæ
Provinciam (propter Discretorum electio- 3
nes] gravissima vitia passam esse, ipsemet Mun-

do manifestavit in sua consultatione impressa, ac Vulgarizata; sicuti ostensum manet supra, à n. 15. usque ad 23. Nec non reliquas Hispaniæ Provincias, ob candem Discretorum causam, eisdem laborasse miserijs, credidit veluti supra, n. 24. dictum est. Sed Scholastico; nec aliquo juridico modo, hoc probat Torrecilla. Non primo modo: Nam Scholastici, id quod probare intendunt, per argumenta, à ratione, vel auctoritate demonstrant: At Torrecilla ad probandum dictos defectus esse in sua, vel in aliqua Hispaniæ Provincia, aliquam non adducit rationem; nec authoritatem allegat: sed solum illos defectus, ut certos, & manifestos esse supponit. Undè? Ex suo Testimonio, quod erat illi probandum.

4 Deinde, non 2. modo: Quod sic ostendo. Varius est modus probandi in Jure. Primo per aspectum; ut in notorio, quod probatur *(a)* per facti evidentiam. Secundo fit per testes plures; vel etiam per unum cu alijs præsumptionibus vehementibus. Tertio per instrumenta. Quarto per confessionem. Et hi quatuor modi in quodam textu *(b)* ponuntur. Quinto fit [*c*] per scripturam antiquorum librorum. Sexto per violentam præsumptionem (*d*). Septimo per famam cum alijs præsumptionibus [*e*]. Octavo per juramentum *(f)* &c. At per nullum ex dictis; nec per alium probat Torrecilla; sed semper dictos defectus supponit esse certos; ut patet in sua allegata consultatione. Ergo &c.

Verum quidem est, quod in alia consultatione (*g*) Illos esse notorios, ipsemet solus, ibi attestatur Torrecilla; ejus tamen æquivocationem sequentibus demonstrabo deductionibus.

5 Antè enim supponendum est: Quod in Jure (*h*) Triplex est notorium, præsumptionis scilicet, Juris, & facti. Primum, *est evidentia rei evidenter à Jure præscripta.* Ut si vir, & uxor

[*a*] *cap. Evidentiã. De Accu. c. Proposuisti. De probat. ff. de ven. insp. L. 1. in princ.* 16. *q.* 3. *Inter memoratos. Item in ætate, ut l. minor. ff. de Minor. ff. de Mino.*

(*b*) *cap. cum ad sedem de Resti. spo.*

(*c*) *cap. cum causam de Proba.*

(*d*) 32. *q.* 1. *c. Dixit Dominus. Glos. suspitio.*

(*e*) *cap.* 3. *loco eo. de prob. tit.*

(*f*) *Apud vocab. V. J. Verb. probatio.*

[*g*] *Consultatione* 5. *n.* 24.

(*h*) *cap. vestra. de cohab. cler. & mul. Glos. Notorium.* 2. *q.* 1. *c.* 15. *Manifesta. ibi in Glos. Manifesta.*

aliquem nutriere infantem, & dicunt eum filium, eorum esse; tunc per notorium præsumptio is vehementis, à Jure præsumitur, eorum esse filium (a). Secundum notorium est juris: *Et est clara judicialis confessio, inconvincibilis probatio, & irretractabilis definitio.* De quo, scilicet notorio, quis damnatus est; vel in Jure confessus. Et sic illud est duplex; Videlicet per confessionem factam in jure; & per Sententiam judicis. Sic habetur in jure [b]. Tertium est notorium facti: scilicet; *Quod commissum vel factum non dubitatur à Populo, vel majori Populi parte, & per evidentiam rei nulla potest tergiversatione celari.* Ita disponitur in jure (c).

(a) *Apud vocab. V. J. Verb. notorium.*

[b] *c. vestra. De cohab. cler, & mul. hic Glos. notorium. Ex cap. Tua. & c. quæsitum, sub eod. tit.*

(c) *Ex textibus supra allegatis.*

Non enim dictorum defectuum gravissimorum est evidentia evidenter à jure præscripta. 6
Alias assignet Torrecilla: & quo modo sit? Imo potius in contrarium costat. Tum quia hæc evidentia, desumi non potest, à D secretorum instituto; quatenus institutum est: Alias illud, ut tale; ac instituentes condemnarentur: Quod non est dicendum. Nec præterea ab instituto; ut à quocumque practicando: propter rationem allegatam. Ac insuper: Quoniam à quocumque, practicandum. Id quod ex sua ratione bonum est; semper ex se rationem boni habet. Nec tandem ab instituto; ut à Capucinis quibuscumque, practicato: Nam dum non probetur, illos malè practicavisse; præsumitur à jure (d) Illos benè practicasse. Torrecilla illos defectus fuisse, non probat; ut supra: Ergo &c. Igitur solum ex instituto; ut malè practicato accipi posset dictorum defectuum evidentia per factum manifestum, & notorium: Tamen non esset istud notorium presumptionis (de quo nunc est quæstio) Sed notorium facti; de quo postea.

Insuper dicti defectus non sunt notorij, notorietate juris: siquidem (ut patet) condem- 7
nati, vel confessi nunquam fuerunt in aliquo judicio. Alias ostendat, in quonam, & quando?

Nec postremo notorietate facti, sive conti- 8
nui (aut permanentis) sive interpolati, sive tran-

(d) *cap. 16. Dudũ. De Præsump. §. causam. cap. 52. In cunctis. 11. q. 3. ff. de lega. 2. l. cum Pater, & rogo. Glos. in Regul. 8. in 6.*

scentis [Dequibus in jure, apud quandam Glossam [a] Tum, 1. quia dictos defectus in Cathaloniæ Provincia (ob Discretorum electiones) esse commissos, manifestó falsum est; ut supra §. 2. Tum, 2. quoniam à majori parte Religiosorum, & Prælatorum cujuscumque, Capucinorum Hispaniæ, Provinciæ, adhuc Castellæ, dicti defectus notorij, nec verè manifesti admittuntur. Quod sic demonstrativè ostendam.

9 Si dicti defectus essent notorij; aut manifesti [cum inter alios, in Conventibus, ob Discretorum Conventualium electiones, secundum Torrecilla [b] fuissent nempè subornatio perpetua, ac Pestilentialis collusio; necnon conventiones, & pacta aliquoties simoniaca (c) ac demum alia gravissima vitia ab ipso Torrecilla (d) latè ostensa) sequeretur, quod dicti Discreti, sic electi; vocales esse non potuissent: Tum quia (ut supra) per subornationem continuam notoriè, aut manifestó electi; nec non per collusionem, & pacta simoniaca. Tum etiam; siquidem sic notoriè, aut manifestó consentientes, essent notoriè, aut manifestè excommunicati. Unde notoriè, aut manifestè inhabiles ad Capitulum celebrandum. Nec [si ita esset verum] tales concurrentes admissi fuissent vocales, à RR. PP. Provincialibus, Visitatoribus Generalibus; & præcipuè à ipsis Reverendissimis PP. Generalibus, quando in dictarum Provinciarum, earum celebrabant Capitula; In agendis saltem, sive in earum Capitulis, & dependentijs, ad evitandos nullitatis effectus, qui ex subornatione, & simonia notorijs extant in jure, & videri possunt apud Murciam (e) At in quacumque Hispaniæ Provincia, dum Discreti extiterunt, modo quo eligebantur, ad Capitula celebranda fuerunt semper admissi legitimi vocales, non solum à Diffinitorijs, cujuscumque respectivè Provinciæ, à Capitulis, Visitatoribus; verum etiam ab ipsis Generalibus, indictarum Provinciarum Visitationibus: Quod negari non potest: Ergo &c.

(a) *Glos. Manifesta, in cap. 5. Manifesta. 2. q. 1.*

(b) *Torrecilla. Consult. 4. n. 8.*

(c) *n. 8.*

[d] *Torrecilla in tota consult. 4. & 5.*

[e] *Murcia. cap. 14. super 8. Regul. §. 1. n. 5. & §. 2. n. 25. & 30.*

Quomodo credibile est, Discretos fuisse electos, cum dictis notorijs defectibus; nempè per subornationem continuam, collusionem, & pacta simoniaca: cum illi semper indictis Provincijs, ab omnibus legitimi vocales admissi fuerint? Quomodo apud præfatas Provincias, relatorum defectuum erat evidentia: & quod illi probabiliter negari non possent? (ut pro notorietate facti requiritur in Jure) (a) Nec aliqua tergiversatione celari? [b] Imo ad dictam notorietatem (sicut disponitur in Jure (c) omnes, vel mayor pars, relatos defectus admissos, proclamassent. Qua propter Discreti, sic electi, non admissi fuissent vocales in Capitulis: quia, ipso jure, notoriè inhabiles judicari debebant. At in quacumque, ex dictis Provincijs, omnes Discreti, ab omnibus, ut legitimi vocales semper admissi fuerunt: Ergo dictos defectus, in Hispaniæ Capucinorum Provincijs, non esse manifestos, & notorios, liquidó constat. Quidquid dicat Torrecilla: quem rogo, ut sequens solvat dilegma. 10

[a] *cap. 15. Manifesta. 2. q. 1. Ibi Glos. Manifesta, ubi allegat Juris textus.*

(b] *Ex cap. 8. Tua. & cap. 10. Quæsitum. De cohab. cler. &c.*

(c) *2. q. 1. cap. scelus. cap. de manifesta. Glos. Notorium. in cap. vestra. De cohab. cler. &c.*

Vel in Castella, ac in cæteris Capucinorum Hispaniæ Provincijs, dicti defectus, ob Discretorum causam, fuerunt manifesti, & notorij? Vel non? Si istud? Malè fecit Torrecilla affirmans eos esse manifestos, & notorios: Et pejus, quando hoc contra suam Religionis Matrem vertitur. Si illud? Sequitur 1. Quod omnia Definitoria dictarum Provinciarum, Visitatores, Capitula Provincialia, ac Reverendissimi PP. Generales, in visitationibus malè dictos Discretos, sic electos, admisissent vocales ad Capitula celebranda: cum (ex suppositione præmissa admissa) ipso jurè notoriè inhabiles essent. 11

Sequeretur 2. Quod omnes electiones, Provisiones, ac resolutiones, in Capitulis Provincialibus, factæ [cum interventione dictorum Discretorum notoriè electorum per subornationem continuam, collusionem, & pacta Simoniaca &c.] essent, ipso jure, nullæ; siquidem factæ 12

contra

contra jus: Nam, *Quæ contra jus (a) fiunt, debent utique pro infectis haberi.* Habet locum Regula (ait Glosa (b) præcipuè in ijs, quæ perpetuam habent prohibitionis causam: Ut in casu nostro; nempè in electionibus, per subornationem notoriam, & simoniam, factis: Unde veros, & legitimos non haberent Prælatos. Ex his enim patet quid dicendum esset de confessarijs; De confessionibus; De Novitijs receptis, & professis. Quid iterum tenendum esset de omnibus alijs, ad quæ immediatè; vel mediatè dicti concurrerunt Discreti, per multum temporis spatium: Quo non obstante esset semper cum nullitate, ex juris (c) Regula dicente: *Non firmatur tractu temporis, quod de jure, ab initio non subsistit.*

(a) Reg. 64. in 6.

(b) Glos. ibi: *Quæ contra.*

(c) Reg. 18. in 6.

13 Sequeretur itidem 3. quod relata gravissima inconvenientia, n. antecedenti, declarata, in dictis nunc perseverarent Provincijs: quia ante Discretorum extinctionem: cum (suppositione admissa, ut supra) electiones, & provisiones essent nullæ: sequentes essent sic similiter nullæ, quia ab infectis procederent: Nec per temporis decursum validitatem recipere potuissent: *Quia non firmatur tractu temporis, quod de Jure, ab initio non subsistit.* Hæc gravissima inconvenientia nullus, neque Torrecilla admittet: ergo neque relatos defectus esse manifestos, & notorios, in Discretorum electionibus, affirmare potuit. Qui nimis probat, nihil probat: unde quia Torrecilla nimis probare intendit; nihil probavit.

14 Cæterum dicti defectus à Torrecilla (d) impositi [non jam ut notorij, sed nullo modo] verificari posunt, aduc in Castellæ Provincia. Tum quia in foro concientiæ, multa ex dictis inconvenientibus, necessariò sequuta essent, & perseverarent: Patet ex supra deductis. Tum quia: Non est exedibile quod talibus, tantisque gravissimis vitijs laborasset aliqua infectior Capucinorum Hispaniæ Provincia. Est ne verisimile, id quod contra suam Religionis Matrem

(d) consult. 4. allegata.

affirmat Torricilla, consult. 4. allegata? Quod in ejus scilicet Matre Religione, ob Discretorum electiones, *Non solum per Capituli circulum; verum etiam per totam vitam procedebant innumerabilia damna spiritualia: ut potè insetiabilis appetus, ac pestilentialis ambitio. Invidia* (prosequitur n. 6. dictæ consultationis) *ira, contentiones, inimitia continua, inter Religiosos, tanta, & tales, quas vix est intellectus illas comprehendere valens; nec ut sunt, lingua humana referre. Conventiones* (inquit insuper n. 7.) *pacta aliquoties simoniaca. In Conventibus* [ut n. 8.] *subornatio perpetua; nec non pestilentialis collusio: factiones, inimicitia, quasi irreconsiliabiles*; sicut in n. 10. In undecimo autem num. *Sururrationes, murmurationes, & detractiones, quasi continua, quibus* [ait] *adinvicem se auferunt decorem, & famam. Esseque Discretorum electiones* (profert num. 14.] *In summo prajudicales*; quarum causa alia damna (quorum principaliora relata remanent in supra posito Allegato, à num. 15. usque ad 23. inclusivè] sine aliqua probatione refert solus Torrecilla in sua consultatione: qui (adepta pace] non est credendus: *Quia* [sicut in quodam Canone [*a*) habetur] *Ex sacri eloquij testimonio tenemus, ut majora mala, cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant*. Tum etiam, quoniam ex ipsius Torrecilla supra posita loquutione hyperbolica, illam non esse verisimilem, ipse convincitur; quæ non est attendenda: Nam Jure disponente [*b*] *Quod verisimile non est attendi non debet*.

(*a*) *cap.* 52. *Incunctis.* 11. *q.* 3.

(*b*) *L. si. in pi. quodmet. cau. c. qua verisimile. deprasumptio.*

§. 2.

JAM ad informatores accedamus. Tam Catholico Regi, quam Pontifici summo præ- 15
sentavere: Quod Discreti erant auferendi. Quare? *Quia* (dixerunt [*c*) illorum abolitio videbatur conformior Decretis S. Con. Tridentini. Hoc in Allegato [*d*] falsum esse constat: Imo potius illorum electiones, juxta SS. Pa-

(*c*) *in Allegato supra posito num.* 10.

[*d*] *num.* 155.

trum Conc. Tridentini intentionem, in dicto Allegato [a] esse patet: ergo &c.

[a] num. 156, & 157.

16 Auferendi sunt Discreti (informarunt) Quare? Quia affirmarunt (b) *Eorum abolitionem necessariam esse revisum fuerat ad damna, nec non inconvenientia, à tali electione orta, vitanda, quæ paci, & Religiosæ concordiæ præjudicabant.* Ad damna evitanda, non solum in 2. & 3. motivo expressa, videnda supra in dicto Allegato (c) verum & indiffinita notata in eodem Allegato, & explicata à num. 15. usque ad 23. iuclusivè. Quibus informaverunt, & Catholicum Regem Hispaniæ, ad petendum, & Pontificem Maximum ad concedendum Discretorum abolitionem. At dictam informationem obreptitiam, & subreptitiam esse manifestè ostenditur in supra posito Allegato num. 204. & 205. Ergo falsó imposuere, dicta scilicet extitisse damna, Cathaloniæ Provincia (ut partet §. 2 dicti Allegati] verum nec in aliqua Hispaniæ Provincia, ex §. 1. hujus Additionis.

[b] apud Allegat. num. 11.

(c) num. 11, & 12.

17 *Ad damna* (inquiunt) *necnon inconvenientia, à tali electione orta, vitanda, quæ paci, & Religiosæ concordiæ præjudicabant.* Hoc falsum esse, jam visum est. Imo Discretorum abolitionem paci, & concordiæ contrariam esse constat in Damno 4. num. 181. & 182. præfati Allegati. Propter Discretorum abolitionem, quam pacem, & concordiam consequuti fuerunt? Dicant contrarij? Visitentur Provinciæ; & pro pace, invenient bellum: pro concordia; discordias multas, & alia, quæ sunt contraria paci, & Religiosæ quieti; ut potè vexationes, & oppressiones variæ ortæ à 6. Damno, in Allegato exposito. Signanter in Cathaloniæ Provincia, in qua ante Discretorum abolitionem omni pace, concordia, & quiete fruebamur: post vero extinctiorem, è, contrario experti sumus: Nec hoc pars adversa negare potest: quia notorium.

18 Nihiominus afortiori (dixerunt) Auferendi sunt Discreti. Quare? *Ad impediendas relaxatio-*

nes (attestantur ; pro ut in 3. motivo exposito num. 11. relati Allegati) *quas* (ita de verbo ad verbum informaverunt] *Dependentia , quam tunc superiores , à suis subditis habebant , producebat : ipsi enim superiores , ut dictos suos subditos , pro ijs , in Discretos , seu socios hujusmodi eligendis , quos ad effectum se in perpetuó suarum Provinciarum gubernio confovendi , eligi necessè erat , benevolos haberent , regularis disciplinæ conservationi ; pro ut eorum officij erat , incumbere negligebant.*

Prælatorum dependentia , quod præmemoratos miserabiles effectus non producat, ex se, & ratione instituti eligendi Discretos; certum est: Alias condemnaretur institutum in se inspectum; ac instituentes ; quod non potest dici. Solum [attenta fragilitate humana] eos , ab illa occasionaliter oriri , ad summum dici potest. Tales tamen effectus in Cathaloniæ Provincia , nunquam expertos fuisse. In 2. & 3. §. Allegati , manifestum manet. 19

Sed dato , & non concesso , quod dicti effectus in reliquis Hispaniæ Provincijs experti essent. Percontor; à qua causa producti fuerunt? A dependentia Prælatorum (dicunt informatores] quam à suis subditis habebaut. Qua ratione? *Quia* (ajunt) *Prælati Disciplinæ regularis conservationi , (ut eorum officij erat] incumbere negligebant* : ad habendum suos subditos benevolos. Ad quid ? Ut ex ipsis , in Discretos , ad suum placitum eligere possent. Ad quid ? *Ad effectum se in perpetuó suarum Provinciarum gubernio confovendi.* Ergo jam ex partis adversæ informormatione, præfactos miserabiles effectus suppositos , à Prælatorum ambitione evenisse clarè infertur. Igitur , ut morbo conveniens adhiberetur medicina ; Prælati illi locales , qui tali laborabant ambitione, puniri , & privari debebant , à suis respectivè Definitorijs : Diffinitores autem , & Provinciales , sic defectuosi , à suis Capitulis , vel Visitatoribus , aut à Reverendissimis PP. Generalibus. Et si loco sublato- 20

rum alij, in Religionis zelo sani, instituti essent: Dato, & non concesso, quod tales miserabiles experti fuissent effectus: cessassent; quia cessante causa [nempè Prælatorum ambitione; ut supra) cessarent, & effectus. Et ad capitis emendationem, faciliter infecta corrigerentur membra.

21 His tamen non obstantibus, nullus superiorum [adhuc illorum, quos pars adversa in informatione, supponebat ambitiosos] ob dictam ambitionem, notoriè punitus, nec privatus fuit: Imo his conservatis in Prælaturis, instavere, & consequuti sunt Discretorum abolitionem: sicquæ, ex suis, dictorum miserabilium effectuum, in capitibus radicalis remansit causa: ergo naturale est, eosdem, vel peiores produci effectus, in Religione experiendos.

22 Discretorum abolitione, Prælatorum (supra adhuc à parte adversa notatorum) ambitionem eridicare voluerunt informatores, auferendo illorum dependentiam à suis subditis; ut ne suarum Provinciarum gubernio, se confovendo, perpetuarentur. Istius effectus causa per se, nullatenus fuit hæc dependentia; sicuti supra satis ostensum est. Nec dato, & non concesso; quod Prælatorum dependentia, à subditis, talium effectuum esset causa per se; adhuc ablatis Discretis, in Religione perseveraret: quia (nisi, in electionibus, in totum nostra Seraphica mutaretur Religio) perseverat Prælatorum à subditis dependentia. Diffinitoria enim in esse, fieri, & conservari dependent nunc à Guardianis &c. Generalis vero electio à Ministris Provincialibus, & Custodibus, ex cap. 8. Regulæ. Undè afortiori dici debet: quod propter dependentiam à subditis, occasionem mali perpetrandi, non accipiunt boni, & recti Prælati: sed ambitiosi.

23 Deistis est quæstio. Si isti [secundum Informatores] ob dependentiam à suis subditis, in Discretorum electionibus negligebant id, quod ad suam obligationem pertinebat; ut in suis Præ-

laturis, perpetuarentur: Nunc, ablatis Discretis, non idem perpetrabunt; cum majorem occasionem habeant; in sequenti majori demonstranda dependentia? Prælatorum siquidem dependentia à subditis [conservatis Discretis] non est totalis, & mutua in Provincijs. Non totalis: Nam Definitoria non solum dependebant à Discretis; sed etiam à Guardianis. Nonmutua: Nam & si Definitoria partialiter dependebant à Discretis: Discretorum vero electiones, non dependebant per se, à Diffinitorijs; sed à Familijs conventuum; ut patet ex cap. 8. constitutionum. Nunc, ablatis Discretis, dependentia, quam habent Prælati est totalis, & mutua, in Provincijs. Diffinitoria, in esse, fieri, & conservari totaliter dependent à Guardianis; & vice versa: ergo major dependentia. Igitur, si (secundum Informatores) illa est potens ad negligendam Prælatorum propiam obligationem; ad hoc, ut in suis perpetuentur Prælaturis: Ista (quia mayor) erit validior ad idem, & pejus perpetrandum: sicuti videri potest in 6. Damno præmissi Allegati.

24 Ad istud corroborandum varia exemplaria adduci possent, desumpta à Religionibus, quæ ab exordio sumpserunt Discretos, vel socios; quorum usum continuarunt, dum in suo permanserunt vigore. Diversæ Religiones, quando reformatæ fuerunt acceperunt Discretos, vel socios. Quin ad cæteras extendamus discursum: in nostra extat sufficiens moteria. Ab ipsius exordio, Discretorum electiones practicavit, juxta Regulæ sensum, ac S. P. nostri Francisci intentionem. Patet Damno, 1. §. 3. Allegati. Celebris Observantiæ reformationis RR. Patres, illas continuarunt; sicut patet in præmisso Allegato num. 91. & 92. Discretos dimisserunt. Quo tempore? quando à sua reformatione deficiebant. Sic à senibus Regularis Observantiæ multoties auditum est: Nec non, quod apud illos, ob Discretorum abolitionem, introductæ fuerunt lamentabiles relaxationes.

25 Noſtram Capucinorum reformationem, ab ipſius exordio, Diſcretorum electiones continuaſſe conſtat, ex cap. 8. Generalium Conſtitutionum. Et quamquam RR. Patres Regularis Obſervantiæ, illas, à ſua Religione, abſtuliſſent; noſtri autem Patres, apud nos, eas laudabiliter conſervarunt, & in tota Capucinorum Religione conſervant, demptis in noſtræ Hiſpaniæ Provincijs, quarum RR. Patres, in conſulto Capitulo Generali, hanc graviſſimam mutationem, in ſuis introduxerunt Provincijs. Caveant ne per illam, aperta ſit janua ad ruinam; & non ad reformationem, quam aliqui publicarunt.

26 Dicant ergo RR. Patres Hiſpani, ob Diſcretorum abolitionem, quid reformationis eorum Provincijs evenit? viſitentur Provinciæ, & invenientur lamentationes, & væ; ob damna poſita §. 3. Allegati, quæ illis reſultant, propter dictam mutationem. Informatores, à Religione evellere [ut dicunt] intenderunt ambitionem: hæc tamen, in ipſa (abſtractis Diſcretis) majori cum libertate practicatur; & practicabitur: Quia Diſcreti [inter alia] ut Prælati inſpectores, eorum relexationes, ambitionem, & aliquoties tyrannidem zelantes, valde deſerviebant, ad illorum emendationem; vel privationem; ſi opus erat.

27 Fateor quidem: Quod à quocumque Inſtituto, licet optimo, & optimè ſtabilito; ab ejus tamen praxi fragilitas, vel malitia humana occaſionem mali accipere poteſt; ut patet in uſu Sacramentorum. Tamen præmiſſa occaſione, optimum Inſtitutum, & optimè ſtabilitum abſolutè non eſt auferendum: ſed malum, quod occaſionat; & bonum, quod ex ſe producit, ſunt diligenter examinanda: Et ſi illud malum curari poteſt; ſic debet fieri: ut iſtud conſervetur bonum. Quemadmodum in corporis membris læſis, & corruptis, exercent Chirurgi, qui, illa, à corpore non ſeparant; dum per medicamina curari poſſunt. Conſerventur Diſcreti; &

ipſorum antiqua, & laudabilis conſuetudo, in Hiſpaniæ Provincijs reſtituatur: Quo vero ad damna, quæ ex ipſorum praxi occurrere poſſunt (& ſine dubio ſunt curabilia) providendum eſt; ſicut in ſacræ Congregationis Decreto (ſupra poſito num. 99.) conſtat. Sic ſentio; ſaluo ſemper &c.

F. FRANCISCUS DE ALZINELLAS, Exlector Capucinus, Provinciæ Cathaloniæ.

ERRATA SIC CORRIGE.

Fleut, lege ficut, pagina 2. numero 3. linea, 1. naratur, l. narratur: ibi lin. 5. sesquianum, l. sesquiannum, p. 5. n. 6. lin. 21. Cathaloviæ, l. Cathaloniæ, p. 6. lin. 8. interrogans? dele, p. 7. n. 11. lin. 10. sic dele in p. 8. lin. 2. & 11. feremtes, l. ferentes, p. 9. n. 18. lin. 6. crusa, l. causa, p. 21. n. 39. lin. 7. cnria, l. curia, p. 24. lin. 11. nostros Fratres, l. nostros Patres, & Fratres, p. 24. lin. 30. Ibidem lin. 38. (*a*) l. [*c*] tonta, l. tanta, p. 26. n. 47. lin. 7. C pucina, l. Capucina, p. 28. lin. 5. payro, l. papyro, p. 29. n. 51. lin. 14. ibidem lin. 16. fic, l. sic. lin. 18. consultium, l. consultivum: & lin. 33. fi, l. si: nostræ; dele punctum, & virg. p. 31. n. 54. lin. 7. & lin. ult. omni, dele virgul. recursnm, l. recursum. p. 33. n. 57. lin. 11. fensibilior, l. sensibilior, p. 37. n. 63. lin. 19. mavet, l. manet, p. 42. lin. 8. cmnibus, l. omnibus, p. 43. lin. 38. Regnla, l. Regula, p. 45. lin. 26. fuit? dele interrogans, p. 53. lin. 30. a. 6. l. n. 60. p. 64. littera f. exvi, l. exivi, p. 74. lin. 16. fit, l. sit, p. 94. lin. pen. publieationem, l. publicationem, p. 95. lin. 11. cunetis, l. cunctis, p. 96. lin. 23. effiectum, l. effectum, ibi lin. 38. sol, l. fol. p. 102. lin. 5. litt. c. Hilhil, l. Nihil. p. 103. lin. 20. Nih, l. Nihil, ibi lin. 22. occafionaliter, l. occasionaliter, p. 108. lin. 19. couvenientiam, l. convenientiam, p. 114. lin. 22. ex ap. l. ex cap. ibi, litt. a. erederent, l. crederent, p. 121. lin. 21. insormantes, l. informantes, p. 127. lin. 39.